

PROGRAMM,



ANACOLUTHORUM PLATONICORUM
w o m i t
zu der auf **Dienstag, den 18. März 1845** angesetzten
öffentlichen Prüfung der Zöglinge

d e s
städtischen Gymnasiums zu Danzig

ergebenst einladet

Dr. Friedr. Wilh. Engelhardt,
Director.

I n h a l t:

- 1) Anacoluthorum Platoniorum spec. tert. vom **Director.**
- 2) Schulnachrichten, von **demselben.**

D a n z i g,

Druck der Wedelschen Hofbuchdruckerei.

1 8 4 5.

PROGRAM

The purpose of this program is to provide a comprehensive overview of the current state of the industry and to identify key trends and challenges that will shape the future.

Objectives of the Program

The program will cover the following areas:

- 1. Market Overview
- 2. Key Players
- 3. Emerging Technologies
- 4. Regulatory Environment
- 5. Future Outlook

For more information, please contact:

ANACOLUTHORUM PLATONICORUM

SPECIMEN TERTIUM IDEMQUE

POSTREMUM.

SCRIPSIT

DR. FRID. GUIL. ENGELHARDT,

GYMNASII GEDANENSIS

DIRECTOR.

G E D A N I,

APUD FR. SAM. GERHARDUM.

MDCCCXLV.

ANACOLUTHORUM PLATONICORUM

SPECIMEN TERTIUM IDEMQUE

POSTREMUM

SCRIPTUM

DR. FRID. GUIL. ENGELHARDT,

GYMNASII CEDANENSIS

DIRECTOR

GEDANI

ANNO F. 521 GERARDUS

MDCCCIV.

ANACOLUTHORUM,
quae in Platonis scriptis reperiuntur,
collectio.

Ante hos undecim annos primum anacoluthorum Platoniorum specimen, quum aliam programmatis materiem in promptu non haberem, virorum doctorum iudicio proposui; secutum est alterum specimen quattuor annis post, a. 1838; restabat tertia fere pars scriptorum Platoniorum, unde anacolutha colligenda et illustranda essent. Itaque programmatis scribendi munere nunc ad me reverso, inceptam rem absolvere constitui, notatisque primum explicatisque insignioribus, quae in libris de republica, quae in Timaeo et Critia, quaeque in libris de legibus reperiuntur anacolutha, extremo opusculo conspectum quasi quendam hujus idiomatis, si hoc vocabulo uti liceat, quo Graeca oratio ab aliis, maxime a latina differt, adjiciam. Omittam autem ea omnia, quae etsi sunt anacolutha et in superioribus libellis a me notata, quavis tamen pagina leguntur, anacoluthisque adnumerari vix solent.

E libris de republica igitur haec notavi: I. p. 337. a. b. Steph. Σοφος γὰρ εἶ, ἣν δ' ἐγὼ, ᾧ Θρασύμαχε· εὖ οὖν ἤδησθα, ὅτι, εἴ τινα ἔρεο, ὅποσα ἐστὶ τὰ δώδεκα, καὶ ἐρόμενος προείποις αὐτῶ· ὅπως μοι, ᾧ ἄνθρωπε, μὴ ἐρεῖς — ὡς οὐκ ἀποδέξομαι σου, εἰὰν τοιαῦτα Φλυαρήσῃ· δῆλον, οἶμαι, σοὶ ἦν, ὅτι οὐδεὶς ἀποκρινοῖτο (sic Orellius) τῷ οὕτω πυνθανομένῳ. Repetita est apodosis initio jam posita ob multa quae inter initium et finem scriptor interposuit, quae repetitionem quodammodo requirunt.

I. p. 337. c. Πῶς γὰρ ἂν, εἶπεν ἐγὼ, ᾧ βέλτιστε, τίς ἀποκρίναίτο πρῶτον μὲν μὴ εἰδὼς μηδὲ Φάσκων εἰδέναι, ἔπειτα, εἴ τι καὶ οἶται περὶ τούτων, ἀπειρημένον αὐτῶ εἶη κ. τ. λ. Alterum membrum ἀπειρημένον αὐτῶ εἶη respondet participio μὴ εἰδὼς, pro quo, si antecedentia cum sequentibus scriptor concinere voluisset, scribendum fuit: εἴ τις μὴ εἰδείη μηδὲ Φάσκοι; si contra, pro ἀπειρημένον αὐτῶ εἶη participium ponendum, ut κεκωλυμένος vel simile; ut nunc est, ex participio μὴ εἰδὼς particula εἰ ad ἀπειρημένον εἶη est audienda.

I. p. 334. b. vid. spec. I. p. 10.

I. p. 352. b. c. ὅτι μὲν γὰρ καὶ σοφώτεροι καὶ ἀμεινους καὶ δυνατώτεροι πράττειν οἱ δίκαιοι φαίνονται, οἱ δὲ ἀδικοὶ οὐδὲν πράττειν μετ' ἀλλήλων οἷοί τε, ἀλλὰ δὴ καὶ οὓς φάμεν ἐβρωμένως πάποτε τι μετ' ἀλλήλων κοινῇ πράττειν ἀδίκους ὄντας, τοῦτο οὐ παντάπασι ἀληθὲς λέγομεν (οὐ γὰρ ἂν ἀπείχοντο — ἀδικοί). ταῦτα μὲν οὖν ὅτι οὕτως ἔχει, μανθάνω. Usque ad verbum λέγομεν omnia pendent e particula ὅτι; sequentia parenthetice sunt accipienda; tum verbis: ταῦτα μὲν οὖν ὅτι οὕτως ἔχει oratio resumitur, sequiturque verbum μανθάνω, e quo et haec et prima pendent. Quod alterum in hoc loco anacoluthon Astius et Stallb. sibi reperisse visi sunt, non inest, ut recte Schneiderus demonstravit.

II. p. 365. b. τὰ μὲν γὰρ λεγόμενα δικαίω μὲν ὄντι μοι, εἰάν καὶ μὴ δοκῶ, ὄφελος οὐδὲν φασὶν εἶναι, πόνους δὲ καὶ ζημίας φανεράς. Dubitatur quidem de hujus loci verborum consecutione, optimum tamen videtur cum Schneidero anacoluthon statuere, ut τὰ μὲν γὰρ λεγόμενα sint nominativus, dein mutata structura φασὶ sequatur, ad quod subjectum οἱ πολλοὶ vel simile sit audiendum: unde hic hujus loci sensus efficitur: «(nescio utram vitæ viam eligam), nam quae vulgo dicuntur, talia sunt, ut justo mihi, nisi idem et videar esse, quicquam commodi esse negetur.»

II. p. 367. c. vid. spec. I. p. 8.

II. p. 368. d. ἐπειδὴ οὖν ἡμεῖς οὐ δεινοί, δοκεῖ μοι, ἦν δ' ἐγὼ, τοιαύτην ποιήσασθαι ζήτησιν αὐτοῦ, οἷαν περ ἂν εἰ προσέταξέ τις γράμματα μικρὰ πρόβρωθεν ἀναγνῶναι μὴ πάνυ ὀξύ βλέπουσιν — ἐρμαῖον ἂν ἐφάνη, οἶμαι, ἐκεῖνα πρῶτον ἀναγνόντας κ. τ. λ. Patet inceptam structuram οἷαν περ ob longiorem enuntiationem interpositam derelictam esse, apodosinque ἐρμαῖον ἂν ἐφάνη proximae tantum protasi εἰ προσέταξέ τις esse adaptatam. vd. spec. I. p. 7. ad Phaedr. p. 272. d.

II. p. 383. a. Συγχωρεῖς ἄρα, ἔφην, τοῦτον δεύτερον τύπον εἶναι, ἐν ᾧ δὲ περὶ θεῶν καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν, ὡς μήτε αὐτοὺς γόητας ὄντας τῷ μεταβάλλειν ἑαυτοὺς, μήτε ἡμᾶς ψεύδεσι παρὰ λέγειν ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ: ut qui neque ipsi praestigiatores sint, neque nos mendaciis decipiant. Structura ex participio cum particula ὡς conjuncto, quae structura verba dicendi cogitandique saepe sequitur, in infinitivum, qui item haec verba sequi solet, transiit. vd. spec. I. p. 17. ad Charmid. 164. c. cf. de legg. I. 626. a.

III. p. 389. b. vd. spec. I. p. 35. ad Theaet. 168. d.

III. p. 390. b. δοκεῖ σοι ἐπιτήδειον εἶναι πρὸς ἐγκράτειαν ἑαυτοῦ ἀκούειν νέω — ἢ Δία καθευδόντων τῶν ἄλλων θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων ὡς μόνος ἐρηγηγορῶς ἢ ἐβουλευσατο, τούτων ἀπάντων ἐπιλανθάνομενον — οὐδ' Ἄρεώς τε καὶ Ἀφροδίτης ὑπὸ Ἡφαίστου δεσμὸν καὶ ἕτερα τοιαῦτα. In verbis ὡς μόνος ἐρηγηγορῶς ἢ ἐβουλευσατο anacoluthon non inest, quam-

vis videri possit, sed hyperbaton pro: ἃ ἐβουλεύσατο ὡς ἄνθρωπος ἐγγηγορός; inest anacoluthon in postremo orationis membro: οὐδ' ἄρεως κ. τ. λ., pro quo dicendum erat ἢ ἄρεως κ. τ. λ.; sed quia interrogatio δοκεῖ σοι ἐπιτήδειον εἶναι a sensu negativo non multum recedit, post longam interpositionem ad orationem directam scriptor transiit.

III, p. 399. a. b. Οὐκ οἶδα, ἔφην ἐγὼ, τὰς ἀρμονίας, ἀλλὰ κατάλειπε ἐκείνην τὴν ἀρμονίαν ἢ ἐν τε πολεμικῇ πράξει ὄντος ἀνδρείου — πρεπόντως ἂν μιμήσαιτο Φθόγγους —, καὶ ἄλλην αὖ ἐν εἰρηνικῇ τε καὶ μὴ βιαίᾳ ἀλλ' ἐν ἔκουσίᾳ πράξει ὄντος ἢ τινὰ τι πείθοντος —, ἢ τούναντίον ἄλλα ἑαυτὸν ὑπέχοντα καὶ ἐκ τούτων πράξαντα — καὶ τὰ ἀποβαίνοντα ἀγαπῶντα, ταύτας δύο ἀρμονίας — ταύτας λίπε. Apparet orationis in anacoluthiam transitus; pro accusativis ὑπέχοντα — πράξαντα — ἀγαπῶντα ponendi erant genitivi, pendentēs illi, ut superiores ex ἄλλην (ἀρμονίαν); sed acc. ut recte monet Schneid., in animo scribentis ex μιμήσαιτο pependisse putandi sunt, etsi proxima structura genitivos poscit.

III, p. 402. a. b. Ὡσπερ ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, γραμμάτων πῆρι τότε ἰκανῶς εἶχομεν, ὅτε τὰ στοιχεῖα μὴ λανθάνοι ἡμᾶς ὀλίγα ὄντα ἐν ἅπασιν οἷς ἐστὶ περιφερόμενα, καὶ οὐτ' ἐν μικρῷ οὐτ' ἐν μεγάλῳ ἠτιμάζομεν αὐτά — Οὐκοῦν καὶ εἰκόνας γραμμάτων, εἴ που ἢ ἐν ὕδασι ἢ ἐν κατόπτροις ἐμφαίνοντο, οὐ πρότερον γνωσόμεθα, πρὶν ἂν αὐτὰ γνῶμεν; — Ἄρ' οὖν, ὃ λέγω, πρὸς θεῶν, οὕτως οὐδὲ μουσικοὶ πρότερον ἐσόμεθα; κ. τ. λ. Respondent sibi, ut quisque videt: ὥσπερ ἄρα — τότε ἰκανῶς εἶχομεν et ἄρ' οὖν — οὕτως οὐδὲ μουσικοὶ πρότερον ἐσόμεθα; structura autem in enuntiatis interpositis bis a justa forma recessit, primum in verbis: καὶ οὐτ' ἐν μικρῷ οὐτ' ἐν μεγάλῳ ἠτιμάζομεν αὐτά, deinde in interrogatione: οὐκοῦν καὶ εἰκόνας — γνωσόμεθα; sed inceptae structurae tenor vix erat servandus, quin admodum langueret et claudicaret oratio.

III, p. 407. c. Οὐκοῦν ταῦτα γινώσκοντα φῶμεν καὶ Ἀσκληπιὸν τοὺς μὲν φύσει τε καὶ διαίτη ὑγιεινῶς ἔχοντας τὰ σώματα, νόσημα δὲ τι ἀποκεκρυμμένον ἴσχοντας ἐν αὐτοῖς, τοῦτοῖς μὲν καὶ ταύτῃ τῇ ἔξει καταδειξάμενοι ἰατρικὴν; sequi debebat verbum transitivum, velut ἰάσασθαι, sed sermo paululum invertitur, ut dativus sequatur.

III, p. 410. b. vd. spec I. p. 34.

III, p. 413. d. Οὐκοῦν καὶ τρίτου εἶδους τούτοις γοητείας ἀμίλλαν ποιητέον καὶ θεατέον, ὥσπερ τοὺς πάλους ἐπὶ τοὺς ψόφους τε καὶ θορύβους ἀγοντες σκοποῦσιν, εἰ φοβεροὶ, οὕτω νέους ὄντας εἰς δαίματ' ἄττα κομιστέον, καὶ εἰς ἡδονὰς αὖ μεταβλητέον βασιανίζοντας κ. τ. λ. Apodosis οὕτω νέους — κομιστέον respondet proximis ὥσπερ τοὺς πάλους — ἀγοντες σκοποῦσιν, neglecto structurae initio καὶ θεατέον, cui haec fere subiicienda erant: ὥσπερ — εἰ φοβεροὶ, οὕτω νέους ὄντας εἰς δαίματ' ἄττα κο-

μίζοντες, εἰ ἀφοβοὶ καὶ ἀνδρείοι: sic haec ex θεατέον penderent; sed facile est videre, quam impedita structura inde facta foret. In seqq. sermo e numero plurali in singularem transit, εἰ δυσγοήτευτος καὶ εὐσχήμων.

III. p. 413. extr. καὶ τὸν αἰεὶ ἐν τε παισὶ καὶ ἐν νεανίσκοις — ἀκήρατον ἐκβαίνοντα καταστατέον ἀρχοντα τῆς πόλεως καὶ Φύλακα, καὶ τιμὰς δοτέον καὶ ζῶντι καὶ τελευτήσαντι, τάφωv τε καὶ τῶν ἄλλων μνημείων μέγιστα γέρα λαγχάνοντα. Debebat sequi dativus λαγχάνοντι, qui proximis dativis, se adjungeret; sed cum iam antecesserit acc. ἀρχοντα, et in dictione τιμὰς δοτέον insit notio verbi transitivi δωρεῖσθαι, oratio ad priorem structuram revertitur. Vid. Schneid.

IV. p. 420. a. vid. spec. I. p. 24.

IV. p. 426. c. ἢ οὐ φαίνονται σοι ταῦτον ἐργάζεσθαι τούτοις τῶν πόλεων ὅσαι κακῶς πολιτευόμεναι προαγορεύουσι τοῖς πολίταις τὴν μὲν κατάστασιν τῆς πόλεως ὅλην μὴ κινεῖν ὡς ἀποθανουμένους, ὅς ἂν τοῦτο δρᾷ; ὅς δ' ἂν σφᾶς οὕτω πολιτευομένους ἥδιστα θεραπέυῃ — οὗτος ἄρα ἀγαθός τε ἔσται ἀνὴρ κ. τ. λ. Debebat sequi alter infinitivus ex προαγορεύουσι aequè pendens ac prior μὴ κινεῖν, sed ob additum enuntiatum relativum: ὅς ἂν τοῦτο δρᾷ, cui commode opponitur: ὅς δ' ἂν σφᾶς — θεραπέυῃ, oratio recta procedit, sequiturque: οὗτος ἄρα ἀγαθός τε ἔσται ἀνὴρ.

IV, p. 430, e. κρείττω δὴ αὐτοῦ λέγοντες οὐκ οἶδα ὄντινα τρόπον καὶ ἄλλ' ἄττα τοιαῦτα ὥσπερ ἵχνη αὐτῆς (sc. τῆς σωφροσύνης) λέγεται. Sic in magna codd. discrepantia Schneiderus hunc locum, ut equidem puto, recte constituit, anacolutho admissō. Volebat scriptor pergere: ὥσπερ ἵχνη αὐτῆς λέγουσι, sed ob insolentiam locutionis ἵχνη λέγειν in formam passivam transiit, vd. Schneid. Nominativi autem absoluti exempla sat multa notabimus. Vd. spec I. p. 19. ad Apol. p 20. c. — Orellius locum sic dedit: κρείττω δὴ αὐτοῦ φαίνονται οὐκ οἶδα ὄντινα τρόπον, καὶ ἄλλα ἄττα τοιαῦτα ὥσπερ ἵχνη αὐτῆς λέγεται.

IV. p. 431. c. Τὰς δὲ γε ἀπλᾶς τε καὶ μετρίας (ἠδονὰς καὶ λύπας), αἱ δὲ μετὰ νοῦ τε καὶ δόξης ὀρθῆς λογισμῶ ἀγονται, ἐν ὀλίγοις τε ἐπιτεύξῃ κ. τ. λ. Dubitare licet, structura sitne anacoluthos (praegressum est verbum εὔροι, quod accusativum poscit) an, quae Schneideri est sententia, verb. ἐπιτυγχάνειν cum acc. conjunctum putes.

IV. p. 436. e. οὐκοῦν εἰ χαριεντίζοιτο ὁ ταῦτα λέγων — οὐκ ἂν ἀποδεχοίμεθα, ὡς οὐ κατὰ ταῦτά ἐαυτῶν τὰ τοιαῦτα τότε μενόντων τε καὶ φερομένων. Inauditum fortasse videbitur, quod dicam; non possum tamen, quin proferam, quod sentio; sunt hi acc. et genit. absoluti conjuncti, pro quibus dicendum erat aut: ὡς οὐ — τῶν τοιοῦτων τότε μενόντων τε καὶ φερομένων, aut: ὡς οὐ — τὰ τοιαῦτα τότε μενοντά τε καὶ φερόμενα. cf. VII. p. 527. b. ibique not. Videat aliquis num Schneideri explicationem tolerabilem putet.

IV. p. 445. a. Ἄλλ' ἔφη, ὃ Σ, γελοῖον ἔμοιγε φαίνεται τὸ σκῆμμα γίνεσθαι ἤδη, εἰ τοῦ μὲν σώματος τῆς φύσεως διαφθειρομένης δοκεῖ οὐ βιωτὸν εἶναι, τῆς δὲ αὐτοῦ τούτου, ᾧ ζῶμεν, φύσεως ταραττομένης καὶ διαφθειρομένης βιωτὸν ἄρα ἔσται. Vd. spec. I. p. 21. ad Apolog. 34. c.

V. p. 452. e. τοῦτο ἐνεδείξατο, ὅτι μάταιος ὡς γελοῖον ἄλλο τι ἠγεῖται ἢ τὸ κακὸν καὶ ὃ γελοιοποιεῖν ἐπιχειρῶν πρὸς ἄλλην τινὰ ὄψιν ἀποβλέπων ὡς γελοῖον ἢ τὴν τοῦ ἀφρονός τε καὶ κακοῦ, ἢ σπουδάζει πρὸς ἄλλον τινὰ σκοπὸν στησάμενος. κ. τ. λ. Ad structuram relativam, participio interruptam, verbo ἢ σπουδάζει idenuo reditur.

V. p. 465. a. Καὶ μὴν ὅτι γε νεώτερος πρεσβύτερον — οὔτε ἄλλο βιάζεσθαι ἐπιχειρήσει οὔτε τύπτειν ὡς τὸ εἰκός. Debeat sequi εἰκός ἐστι, sed similia jam habuimus spec. II. p. 20. ad Phileb. 20. d.

Ib. e. οἷς ἔξόν πάντα ἔχειν τὰ τῶν πολιτῶν οὐδὲν ἔχοιεν. Vd. spec. I. p. 31. ad Gorg. 492. b.

VI. p. 486. d. vd. spec. I. p. 10.

VI. p. 487. b. ἠγοῦνται δὲ ἀπειρίαν τοῦ ἐρωτᾶν τε καὶ ἀποκρίνεσθαι ὑπὸ τοῦ λόγου παρ' ἕκαστον τὸ ἐρώτημα σμικρὸν παραγόμενοι, ἀθροισθέντων τῶν σμικρῶν ἐπὶ τελευτῆς τῶν λόγων μέγα τὸ σφάλμα — ἀναφαίνεσθαι. Patet commodi exitus gratia structuram ab initio inceptam ἠγοῦνται — παραγόμενοι in fine derelictam esse. cf. spec. II. p. 5. ad Euthyd. 281. d.

VI. p. 488. a—e νόησον γὰρ τοιοῦτον γιγνόμενον εἴτε πολλῶν νεῶν πέρι εἴτε μιᾶς, ναύκληρον — βραχὺ τι γινώσκοντα περὶ ναυτικῶν —, τοὺς δὲ ναύτας στασιάζοντας — τὸν λέγοντα ὡς διδακτὸν ἐτοίμους κατατέμνειν, αὐτοὺς δὲ αὐτῶ ἀεὶ τῶ ναυκλήρω περιεκεχύσθαι δεομένους καὶ πάντα ποιοῦντας ὅπως ἂν σφισι τὸ πηδάλιον ἐπιτρέψῃ — τοὺς μὲν ἄλλους ἢ ἀποκτινύνοντας ἢ ἐκβάλλοντας, τὸν δὲ γενναῖον ναύκληρον — συμποδίσαντας, τῆς νεῶς ἄρχειν χρωμένους τοῖς ἐνοῦσι, καὶ πίνοντας τε καὶ εὐωχομένους πλεῖν, ναυτικὸν μὲν καλοῦντας — ὡς ἂν ξυλλαμβάνειν δεινὸς ἢ ὅπως ἄρξουσιν ἢ πείθοντες ἢ βιαζόμενοι τὸν ναύκληρον, τὸν δὲ μὴ τοιοῦτον ψέγοντας ὡς ἄρξουσιν, τοῦ δὲ ἀληθινοῦ πέρι μὴδ' ἐπαίοντες ὅτι ἀνάγκη — ὅπως δὲ κυβερνήσει — μήτε τέχνην τούτου μήτε μελέτην οἰόμενοι δυνατὸν εἶναι λαβεῖν. Duplici modo scriptor in longa hac periodo ab incepta structura recessit. Primum post imperativum νόησον, e quo seqq. omnia pendent, recte participia γινώσκοντα, — στασιάζοντας cet. intulit; pro iis postea infinitivos περιεκεχύσθαι — ἄρχειν — πλεῖν propterea posuit, quod adjecta sunt participia δεομένους — χρωμένους πίνοντας — εὐωχομένους; quod, si pro infinitivis item, ut sermonis initium poscebat, participia posuisset, obscurior oratio facta fuisset. In fine autem periodi vel in nominativum participii scriptor transit: ἐπαίοντες — οἰόμενοι, inductus, ut recte iudicare

Schneiderus mihi videtur, participiis *πειθοντες* ἢ *βιαζόμενοι*, quae verbo *ὅπως ἀρξουσιν* adnectuntur.

VI. p. 493. d. *ὅτι μὲν γάρ, ἐάν τις τούτοις ὀμίλῃ, ἐπιδεικνύμενος ἢ ποιήσιν ἢ τινα ἄλλην δημιουργίαν ἢ πόλει διακονίαν, κυρίου αὐτοῦ ποιῶν τοὺς πολλοὺς πέρα τῶν ἀναγκαίων, ἢ Διομηθεΐα λεγομένη ἀνάγκη ποιῶν αὐτῶ ταῦτα, ἃ ἂν οὗτοι ἐπαινῶσιν.* Recte Schneid. haec sic explicat, ut scriptorem, quum *ὅτι μὲν γάρ ἐάν τις τούτοις ὀμίλῃ, ταῦτα ποιῶ* οὐ θαυμαστὸν ἀλλὰ καὶ πάνυ ἀναγκαῖόν ἐστι vel simile quid in animo habuisset. ad necessitatis significationem augendam posteriora conformasse et particulae *ὅτι* initio positae oblitum esse dicat.

VI. p. 496. c. d. *Καὶ τούτων δὴ τῶν ὀλίγων γενόμενοι καὶ γευσάμενοι — καὶ ἰδόντες τὴν μανίαν ὅτι — ὥσπερ εἰς Θηρία ἀνθρώπος ἐμπεσὼν — προαπολόμενος ἀνωφελῆς αὐτα τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν γένοιτο, ταῦτα πάντα λογισμῶ λαβὼν — ἀγαπᾷ εἰ — ἀπαλλάσσεται.* Patet ad numerum singularem, qui est in enuntiatis interpositis, scriptorem a plurali deflexisse.

VI. p. 500. b. c. *Οὐδὲ γάρ που, ὦ Ἀδείμαντε, σχολὴ τῶ γε ὡς ἀληθῶς πρὸς τοῖς οὐσι τὴν διάνοιαν ἔχοντι κάτω βλέπειν καὶ μαχόμενον — ἐμπίπλασθαι, ἀλλ' ὄρωντας καὶ θεωμένους — ἀφομοιοῦσθαι.* In casus et numeri enallage tota hujus loci anacoluthia posita est.

VI. p. 501. e. *ἀλλ' οὖν οἶδ' ὅτι τούτῳ ἂν εὐθύς τῶν ἄλλων διενεργεῖν.* Tenuit Schneid. hanc lectionem, itemque Orellius pro qua Bekk. et Stallb. e duobus codd. *διενεργοῖεν* dederunt. Collatis tamen locis, quos jam Heindorfius ad Phaed. p. 63. c. contulit, structurae mutationem a particula *ὅτι* in infinitivum transeuntis esse putaveris.

VI. p. 510. e. *Καὶ τᾶλλα οὕτως αὐτὰ μὲν ταῦτα, ἃ πλάττουσί τε καὶ γράφουσιν, ὧν καὶ σκιαὶ καὶ ἐν ὕδασι εἰκόνας εἰσὶ, τούτοις μὲν ὡς εἰκόσιν αὐτῶ χρώμενοι ζητοῦντές τε αὐτὰ ἐκεῖνα ἰδεῖν, ἃ κ. τ. λ.* Lenissimum anacoluthon, oratione ab accusativo, qui facilius adnectebatur, propter verbum *χρώμενοι* in dativum transeunte. cf. de legg. XII p. 949. a. *καὶ κριτὴν αὐτῶ χορῶν (δραῶν δὲ τὸ τοιοῦτον) καὶ πάσης μουσικῆς — βραβείας καὶ ἀπάντων ὅσα μὴ φέρῃ (Steph. et Bekk. φέρει Orell.) κέρδος κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην δόξαν τῶν ἐπιπροκαῶντι, τῶν δὲ ὅποσα ἐξαρηθῆντι ἢ ἐξομοσαμένῳ κέρδος μέγα φανερόν εἶναι δοκεῖ, ταῦτα δὲ διὰ δικῶν ἔρκων χωρὶς κρίνεσθαι κ. τ. λ.* ubi a genitivo, qui antecedentibus facile se adjungit, oratio ad accusativum deflexit. Durius est exemplum mutatae talis structurae Euthyd. p. 281. d. *ἐν κεφαλαίῳ δ' ἔφην, ὦ Κλεινία, κινδυνεύει σύμπαντα, ἃ τὸ πρῶτον ἐφαμεν ἀγαθὰ εἶναι, οὐ περὶ τούτου ὁ λόγος αὐτοῖς εἶναι, ὅπως αὐτὰ γε κατ' αὐτὰ πέφυκεν ἀγαθὰ εἶναι ἀλλ' ὡς εἰκεν, ὧδε ἔχει.* vd. spec. II. p. 5.

VI. p. 511. c. Μανθάνω ἱκανῶς μὲν οὐ. δοκεῖς γάρ μοι συχρὸν ἔργον λέγειν. ὅτι μέντοι βούλει διορίζειν σαφέστερον εἶναι τὸ ὑπὸ τῆς τοῦ διαλέγεσθαι ἐπιστήμης τοῦ ὄντος τε καὶ νοητοῦ θεωρούμενον, ἢ τὸ ὑπὸ τῶν τεχνῶν καλουμένων, αἷς αἱ ὑποθέσεις ἀρχαί, καὶ διανοία μὲν ἀναγκάζονται ἀλλὰ μὴ αἰδηθεῖσιν αὐτὰ θεᾶσθαι οἱ θεώμενοι, διὰ δὲ τὸ μὴ ἐπ' ἀρχὴν ἀνεληθόντες σκοπεῖν ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεων, νοῦν οὐκ ἴσχειν περὶ αὐτὰ δοκοῦσί σοι, καίτοι νοητῶν ὄντων μετὰ ἀρχῆς. Locus admodum anacoluthus quique ad justam orationis formam vix reduci possit. Primum deest apodosis vel verbum regens ad verba: ὅτι μέντοι βούλει διορίζειν; durum enim est haec superioribus μανθάνω ἱκανῶς μὲν οὐ adnectere: exspectes: τοῦτό μοι δοκῶ μανθάνειν vel simile. Deinde ad ἀναγκάζονται θεᾶσθαι objectum αὐτὰ additum quidem est loco pronominis relativi ὅ, quod referendum erat ad τὸ ὑπὸ τῶν τεχνῶν καλουμένων sc. θεωρούμενον; sed inde fit, ut totus loci tenor omittatur, oratioque sic procedat, quasi ex praecedentibus prorsus non pendeat; recta enim via procedit: διὰ δὲ τὸ μὴ ἐπ' ἀρχὴν ἀνεληθόντες σκοπεῖν, ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεων, νοῦν οὐκ ἴσχειν περὶ αὐτὰ δοκοῦσί σοι.

VII. p. 519. b. Τοῦτο μέντοι τὸ τῆς τοιαύτης φύσεως εἰ ἐκ παιδὸς εὐθύς κοπτόμενον περιεκόπη τὰ τῆς γενέσεως ζυγογενῆ ὡςπερ μολυβδαῖας, αἱ δὲ ἐδαδαῖς τε καὶ τοιούτων ἠδοναῖς τε καὶ λιχνεῖαις προσφυσῖς γιγνώμεναι περὶ τὰ κάτω στρέφουσι τὴν τῆς ψυχῆς ἔψιν, ἧν εἰ ἀπαλλαγὴν περιστρέφετο εἰς τὰ ἀληθῆ κ. τ. λ. Anacoluthia hujus loci in eo posita est, quod protasis εἰ περιεκόπη ita repetitur, ut pronomine relativo ἧν ad nomen ipsa protasi jam positum μολυβδαῖας relato paululum immutata: ἧν εἰ ἀπαλλαγὴν περιστρέφετο, bis ponatur.

VII. p. 526. c. Καὶ μὴν ἅ γε μείζω πόνον παρέχει μανθάνοντι καὶ μελετῶντι οὐκ ἂν ἐσθίως οὐδὲ πολλὰ ἂν εὖροις ὡς τοῦτο. vd. spec. I. p. 20. spec. II. p. 7.

VII. p. 527. b. Τοῦ ποτέ τι γιγνομένου. Est anacoluthia casus, quam vix notassem, nisi Schneiderum, virum eruditissimum, e scriptoribus postremae tantum aetatis eam excusare viderem. Accipe exemplum e Plat. Lach. p. 185. a. υἱέων γάρ που ἢ χρηστῶν ἢ τάναντία γενομένων, ubi vd. adnot. meam. Atque haec intuenti fortasse minus jam dura videbitur structura, quam supra pag. 436. e. reperimus: ὡς οὐ κατὰ ταῦτα ἑαυτῶν τὰ τοιαῦτα τότε μερόντων καὶ φερομένων. cf. delegg. V. p. 744. c.

VII. p. 530. b. οὐκ ἄτοπον ἠγήσεται τὸν νομίζοντα γίγνεσθαι τε ταῦτα αἰεὶ ὡσαύτως καὶ οὐδαμῆ παραλλάττειν σώμα τε ἔχοντα καὶ ὀρώμενα, καὶ ζητεῖν παντὶ τρόπῳ τὴν ἀληθειαν αὐτῶν λαβεῖν. A participio oratio in infinitivum transit, cum aut τὸ νομίζειν — καὶ ζητεῖν, aut τὸν νομίζοντα — καὶ ζητοῦντα scribendum fuisset.

VII p. 532. b. c. Ἡ δὲ γε λύσις τε ἀπὸ τῶν δεσμῶν καὶ μεταστροφῇ ἀπὸ τῶν σκιῶν ἐπὶ τὰ εἶδωλα καὶ τὸ Φῶς καὶ ἐκ τοῦ καταγείου εἰς τὸν ἥλιον ἐπάνοδος, καὶ ἐκεῖ πρὸς μὲν τὰ ζῶα τε καὶ φυτὰ καὶ τὸ τοῦ ἡλίου Φῶς ἐπ' ἀδυναμίᾳ βλέπειν (i. e. μὴ δύνασθαι βλέπειν vd. Schneid), πρὸς δὲ τὰ ἐν ὕδασι φαντάσματα θεῖα καὶ σκιάς τῶν ὄντων ἀλλ' οὐκ εἰδῶλων σκιάς δι' ἐτέρου τοιούτου φωτός ὡς πρὸς ἥλιον κρίνειν ἀποτικιαζόμενας (sc βλέπειν), πᾶσα αὕτη ἡ πραγματεία τῶν τεχνῶν, ἃς διήλθομεν, ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν καὶ ἐπαναγαγὴν τοῦ βελτίστου ἐν ψυχῇ πρὸς τὴν τοῦ ἀρίστου ἐν τοῖς οὔσι θεῖαν κ. τ. λ. Anacoluthia hujus loci in eo est, quod structura a nominativo ἡ λύσις — ad acc. ταύτην τὴν δύναμιν transit; sed facile quisque videt, incommodam futuram fuisse orationem si v. c. sic Plato scripsisset: τοῦτό ἐστιν, ὃ πᾶσα αὕτη ἡ πραγματεία δύναται ἐπαναγούσα τὸ βέλτιστον κ. τ. λ.: propterea structuram immutavit.

VII. p. 533. d vd. spec. I. p. 9. et 29.

VII. p. 538. b. Αἰδόμενος τοίνυν τὸ ὄν, μαντεύομαι. nomin. absol. vd. IV. p. 430. e.

VIII. p. 549. c. d. Ὅταν, ἦν δ' ἐγὼ, πρῶτον μὲν τῆς μητρὸς ἀκούη ἀχθομένης, ὅτι οὐ τῶν ἀρχόντων αὐτῇ ὁ ἀνὴρ ἐστὶ, καὶ ἐλαττωμένης διὰ ταῦτα ἐν ταῖς ἀλλαις γυναιξίν, ἔπειτα ἐρώσης μὴ σφόδρα περὶ χεῖματα σπουδάζοντα μηδὲ μαχόμενον καὶ λαιδορούμενον ἰδίᾳ τε ἐν δικαστηρίοις καὶ δημοσίᾳ, ἀλλὰ βραθύμως πάντα τὰ τοιαῦτα φέροντα, καὶ ἑαυτῶ μὲν τὸν νοῦν προσέχοντα αἰεὶ αἰθιάνηται, ἑαυτὴν δὲ μήτε πάνυ τιμῶντα μήτε ἀτιμάζοντα, ἐξ ἀπάντων τούτων ἀχθομένης τε καὶ λεγούσης κ. τ. λ. vd. spec. I. p. 35.

VIII p. 558 a. ἡ οὐπᾶ εἶδες ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ ἀνθρώπων καταψηφιδέντων θανάτου ἢ φυγῆς, οὐδὲν ἦττον αὐτῶν μεόντων τε καὶ ἀναστρεφόμενων ἐν μέσῳ καὶ ὡς οὔτε φροντίζοντος οὔτε ὀρῶντος οὐδενὸς περινοσθεῖ ὥσπερ ἦρος. Oratio a participio μεόντων τε καὶ ἀναστρεφόμενων ad verbum finitum numerumque singularem propter interpositos genitivos absolutos ὡς οὔτε φροντίζοντος οὔτε ὀρῶντος οὐδενὸς deflexit.

VIII. p. 562. b. Ὁ προὔθεντο ἀγαθόν, καὶ δι' οὗ ἡ ὀλιγαρχία καθίστατο — τοῦτο δ' ἦν πλοῦτος ἢ γὰρ; Ναί. Ἡ πλοῦτου τοίνυν ἀπληστία — αὐτὴν ἀπώλλυ. Pergendum erat: τούτου ἢ ἀπληστία, sed ob interpositam interrogationem responsumque tenor orationis paululum immutatus est.

VIII. p. 565. e. vd. spec. I. p. 20.

IX. p. 590. d. ἄμεινον παντὶ ὑπὸ θεοῦ καὶ φρονίμου ἀρχεσθαι, μάλιστα μὲν οἰκείον ἔχοντος ἐν ἑαυτῶ, εἰ δὲ μή, ἔξωθεν ἐφ' ἐστῶτος. «Non sensus horum verborum, inquit Schneid., sed consuetudo loquendi et genitivi absoluti usus, Stephanum hic, ut alibi v. c. p. 586. d: fugit. cf. Vol. II. p. 345. a. Notabilis autem hic locus eo est, quod semel receptus pro dativo genitivus iterum velut per attractionem accusativi loco positus alio hic atque illic pertinet.»

X. p. 600. c. Vd. spec. I. p. 25.

X. p. 601. a. Vd. spec. I. p. 24.

X. p. 606. c. Ἄρ' οὐχ ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ γελοίου, ὅτι, ἂν αὐτὸς αἰσχύνοιο γελωτοποιῶν, ἐν μιμήσει δὲ κωμωδικῇ ἢ καὶ ἰδίᾳ ἀκούων σφόδρα χαρῆς καὶ μὴ μισῆς ὡς πονηρά, ταῦτόν ποιεῖς ὅπερ ἐν τοῖς ἐλέοις. Recte quidem Schneid. locum hunc sic constituisse videtur (vd. ipsius adnot.); inest tamen levis quaedam anacoluthia in verbis ταῦτόν ποιεῖς, quae enuntiato ἂν αὐτὸς — μισῆς non accurate respondent.

X. p. 618. d. ὥστε ἐξ ἀπάντων δυνατὸν εἶναι συλλογισάμενον αἰρεῖσθαι — τὸν τε χεῖρω καὶ τὸν ἀμείω βίον, χεῖρω μὲν καλοῦντα ὅς αὐτὴν (τὴν ψυχὴν) ἐκείσε ἄξει, εἰς τὸ ἀδικωτέρων γίνεσθαι, ἀμείω δὲ ὅστις εἰς τὸ δικαιοτέρων, τὰ δὲ ἄλλα πάντα χαίρειν ἐάσει. Recte Schneid.: «a legitima structura quae ἔᾶν poscebat interiecto ἄξει sermonis familiaris negligentia facile abduci potuit.» cf. VI. p. 488. c.

In TIMAEO haec notavi.

pag. 24. b. ἔτι δὲ ἡ τῆς ὀπλίσεως αὐτῶν σχέσις ἀσπίδων καὶ δοράτων, οἷς ἡμεῖς πρῶτοι τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν ὀπλίσαμεθα, τῆς Θεοῦ καθάπερ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις παρ' ὑμῖν πρῶτοι ἐνδείξαμένης. Structura huius loco sic fere ad finem erat perducenda: ὑπὸ τῆς Θεοῦ — ὑμῖν ἐνεδείχθη. Sed, ut saepe, enuntiato relativo οἷς ἡμεῖς πρῶτοι ὀπλίσαμεθα, sequens oratio adnexa, unde factum est ut nominativus ille ἡ τ. ὁ σχέσις absolutus relinqueretur.

ib. τὸ δ' αὖ περὶ τῆς Φρονήσεως ὁρᾶς που τὸν νόμον τῆδε ὅσῃ ἐπιμέλειαν ἐποίησατο εὐθύς κατ' ἀρχάς κ. τ. λ. Ut modo nominativum absolutum reperimus, ita τὸ δ' — Φρονήσεως accusativus est absolutus, quem saepissime in Graecorum scriptis deprehendimus, item ad anacoluthiam referendum.

pag. 26. e. Καὶ τίν' ἂν, ὦ Κριτία, μᾶλλον ἀντὶ τούτου μεταλάβοιμεν, ὅς τῇ τε παρουσίᾳ τῆς Θεοῦ θυσία διὰ τὴν οἰκειότητα ἂν πρέποι μάλιστα, τό, τε μὴ πλασθέντα μῦθον ἀλλ' ἀληθινὸν λόγον εἶναι πάμμεγά που. Structura relativa ὅς ἂν — πρέποι in altero enuntiato in demonstrativam ita transiit, ut novum praedicatum quod vocant πάμμεγα adderetur.

pag. 27. c. Ἄλλ' ὦ Σάκρατες, τοῦτό γε δὴ πάντες, ὅσοι καὶ κατὰ βραχὺ σωφροσύνης μετέχουσιν, ἐπὶ παντὸς ὀρμῇ καὶ σμικροῦ καὶ μεγάλου πράγματος Θεὸν αἰεὶ που καλοῦσι. Audias, si vis, cum Stallbaumio ποιῶσι ad τοῦτό γε, et erunt verba Θεὸν αἰεὶ που καλοῦσι, epexegetis quam vocant. Res tamen eodem redit, si inceptae structurae aliam sensum eundem exprimentem successisse dixeris locumque ad anacoluthiam retuleris.

pag. 28. b. ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ ἄλλο ὅ,τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστα ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ἄνομάσθω . σκεπτέον δ' οὖν περὶ αὐτοῦ πρῶτον κ. τ. λ. Duplici modo structura incepta hoc loco derelicta est: primum verba τοῦθ' ἡμῖν ἄνομάσθω apodosin faciunt ad ὅ,τι ποτὲ — δέχοιτο, cui hic nullus locus est, cum participium sequi deberet; deinde nominativus ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς κ. τ. λ. qui ad sequentia σκεπτέον — pertinebat, ob mutatam structuram derelictus verbis περὶ αὐτοῦ resumitur, unde fit, ut ille quodammodo ad τοῦθ' ἡμῖν ἄνομάσθω pertinere videatur, cum ad σκεπτέον pertineat.

pag. 29. b. ὡδὲ οὖν περὶ τε εἰκόνας καὶ περὶ τοῦ παραδείγματος αὐτῆς διοριστέον, ὡς ἄρα τοὺς λόγους, ἃνπὲρ εἰσὶν ἐξηγηταί, τούτων αὐτῶν καὶ συγγενεῖς ὄντας. τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς μονίμου καὶ ἀμεταπτάτους καθ' ὅσον τε ἀνελέγκτοις προσήκει λόγοις εἶναι καὶ ἀκινήτοις, τούτου δεῖ μηδὲν ἐλλείπειν. Sic recte Bekk. hunc locum τε post καθ' ὅσον uno e cod. adiecto constituisse mihi videtur, ea tantum anacoluthia in eo relicta, ut τούτου δεῖ μηδὲν ἐλλείπειν, proximis solum verbis: καθ' ὅσον τε — ἀκινήτοις respondeat, ad priora autem μονίμου καὶ ἀμεταπτάτους ex iis δεῖ εἶναι sc. τοὺς λόγους audiendum sit. Non probo igitur rationem, utpote a codd. destitutam, qua Stallb. hunc locum sic constituit: τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς μονίμου καὶ ἀμεταπτάτους καὶ καθ' ὅσον οἷόν τε ἀνελέγκτους προσήκει λόγοις εἶναι καὶ ἀκινήτους, τούτου δὲ μηδὲν ἐλλείπειν. Editores Turicenses sic dederunt: τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου καὶ μετὰ νοῦ (τοῦ, ut videtur, errore tythetarum) καταφανοῦς μονίμου καὶ ἀμεταπτάτους καθ' ὅσον οἷόν τε ἀνελέγκτοις προσήκει λόγοις εἶναι καὶ ἀκινήτοις, τούτου δεῖ μηδὲν ἐλλείπειν.

pag. 37. c. ἡμέρας γὰρ καὶ νύκτας καὶ μῆνας καὶ ἑνιαυτοὺς οὐκ ὄντας πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι, τότε ἅμα ἐκείνω ζυγισταμένω τὴν γένεσιν αὐτῶν μηχανᾶται. Accusativi, quos sequi debebat simplex τότε — ποιεῖ, mutata dicendi forma τὴν γένεσιν αὐτῶν μηχανᾶται, absoluti remanent. vd. Bernhardy Synt. p. 303.

p. 40. b. κινήσεις δὲ δύο προσῆψεν ἑκάστω, τὴν μὲν ἐν ταυτῷ κατὰ ταῦτά περὶ τῶν αὐτῶν αἰεὶ τὰ αὐτὰ ἑαυτῷ διανοουμένα, τὴν δὲ εἰς τὸ πρόσθεν ὑπὸ τῆς ταυτοῦ καὶ ὁμοίου περιφορᾶς κρατουμένα· τὰς δὲ πέντε κινήσεις ἀκίνητον ἐστός (Turic. καὶ ἐστός.) ἢ ὅτι μάλιστα αὐτῶν ἕκαστον γένοιτο ὡς ἄριστον. E verbo προσῆψεν ἑκάστω ad verba: τὰς δὲ πέντε κινήσεις ἀκίνητον ἐστός audiendum est: ἐποίησεν ἕκαστον: rücksichtlich der fünf Bewegungen machte er jedes unbeweglich stehen.

pag. 56. c. καὶ δὴ καὶ τὸ τῶν ἀναλογιῶν περὶ τε τὰ πλήθη καὶ τὰς κινήσεις καὶ τὰς ἄλλας δυνάμεις πανταχῆ τὸν θεόν, ὅπηπερ ἢ τῆς ἀνάγκης ἐκούσα πειθεῖσά τε φύσις ὑπέικε, ταύτη πάντη δι' ἀκριβείας ἀποτελεσθεῖσων ὑπ' αὐτοῦ ζυνηρμόδαι ταῦτα ἀνά λόγον.

Anacoluthiam structurae, quae ex activa forma in passivam transit, quisque facile animadvertit.

pag 59. c. τὰλλα δὲ τῶν τοιούτων οὐδὲν ποκίλον ἔτι διαλογίσασθαι τὴν τῶν εἰκόταν μύθων μεταδιώκοντα ιδέαν, ἣν ὅταν τις ἀναπαύσεως ἕνεκα, τοὺς περὶ τῶν ὄντων αἰεὶ καταθέμενος λόγους, τοὺς γενέσεως περὶ διαθεάμενος εἰκότας ἀμεταμέλητον ἠδονὴν κτᾶται, μέτριον ἂν ἐν τῷ βίᾳ παιδιᾷν καὶ φρόνιμον ποιοῖτο. Pronomen relativum ἣν, ad ιδέαν referendum, in seqq. nihil habet unde pendeat, sed ad connectendam tantum orationem, valet fine structurae ad initium non respondente. Locus praeterea ob eam, quam de tota physica doctrina sententiam Plato profert, memorabilis.

pag. 59. d. Τὸ περὶ μεμιγμένον ὕδωρ, ὅσον λεπτὸν ὑγρὸν τε διὰ τὴν κίνησιν καὶ τὴν ἄδον, ἣν κυλινδούμενον ἐπὶ γῆς ὑγρὸν λέγεται, μαλακὸν τε αὖ τῷ τὰς βάσεις ἦττον ἐδραίουσιν οὐσας ἢ τὰς γῆς ὑπέκειν, τοῦτο δ' ὅταν πρὸς ἀποχωρισθὲν ἀέρος τε μοναθῆ γέγονε μὲν ὁμαλώτερον κ. τ. λ. Nulla in hoc loco est anacoluthia, nisi quod subjectum τὸ περὶ μεμιγμένον ὕδωρ, pronomine demonstrativo τοῦτο δὲ repetitum est. Praeterea locum sanum esse puto, neque probo Stallb. rationem alterum ὑγρὸν post ἐπὶ γῆς ejici jubentis. Nam verba διὰ τὴν κίνησιν — λέγεται, praedicati explicandi causa addita, nihil molestae redundantiae habent, ut e germanica interpretatione intelligitur; das mit Feuer vermischte Wasser, so weit es fein und feucht wegen der Bewegung und des Weges, auf welchem es auf der Erde sich fortbewegend feucht heisst, und viel ist, dadurch dass u. s. w.: dieses wird, wenn es u. s. w.

pag. 60. b. Γῆς δὲ εἶδη, τὸ μὲν ἠθήμερον δι' ὕδατος τοιαῦδε τρόπῳ γίγνεται σῶμα λίθινον, τὸ ζυμμυγὲς ὕδωρ — μετέβαλεν εἰς ἀέρος ιδέαν. — τὸ δὲ ὑπὸ πρὸς — ᾧ γένοι κέραμον ἐπανομάκαμεν, τοῦτο γέγονεν. Nominativi absoluti exempla multa collegit Stallb. ad Cratyl. p. 403. e.

ib. d. τῷ δ' αὖ κατὰ ταῦτα μὲν ταῦτα ἐν συμμίξεως ὕδατος ἀπομονουμένῳ πολλοῦ — τὸ μὲν ἐλαίου καὶ γῆς καθαρτικὸν γένος, λίτρον, τὸ δ' εὐάριστον — ἀλῶν — θεοφιλες σῶμα ἐγένετο. Dativum τῷ δ' ἀπομονουμένῳ congruentiae vel symmetriae cuiusdam studio ductus illi, quod dixerat, ᾧ γένοι κέραμον ἐπανομάκαμεν scriptor adjunxit, in seqq. structuram mutare coactus, nisi ipsa consequitione orationem turbare vellet.

pag 66. a. b. τῶν δὲ αὐτῶν προλεπτυσμένων μὲν ὑπὸ σηπεδόνος, εἰς δὲ τὰς στεναὶς φλέβας ἐνδουμένων, καὶ τοῖς ἐνοῦσιν αὐτόθι μέρεσι γεώδεσι καὶ ὅσα ἀέρος ζυμμετρίαν ἔχοντα, ὥστε κινήσαντα περὶ ἀλλήλα ποιεῖν κυκᾶσθαι, κυκώμενα δὲ περιπίπτειν τε καὶ εἰς ἕτερα ἐνδουόμενα ἕτερα κούλα ἀπεργάζεσθαι, περιτεινόμενα τοῖς εἰσοῦσιν — ἀ δὴ — γενέσθαι — περιστῆναι — λεχθῆναι, — τὸ δὲ τούτων αἴτιον τῶν παθημάτων ὄξυ προσρηθῆναι. Non conabor locum alia ratione satis difficilem et ut videtur cor-

ruptum explicare; hoc tantum annotaverim, infinitivum *προσρηθῆναι*, pro quo expectamus *προσεβήθη*, (antecessit enim proximo enuntiato *ἐλέχθη*) ortum esse ex infinitivis superioribus, quorum priores *κυκᾶσαι*, *περιπίπτειν*, *ἀπεργάζεσθαι* e particula *ὥστε* pendentes etiam sequentium enuntiatorum relativorum verba inde a verbis *ἄ δὴ* — usque ad *λεχθῆναι* attraxerunt et e temporibus finitis in infinitivos commutarunt, quasi esset oratio obliqua, quos postremo infinitivus enuntiatii primarii *προσρηθῆναι* secutus est.

ib. b. c. *ξύμπασι δὲ τοῖς περὶ ταῦτα εἰρημένοις πάθος ἐναντίον ἀπ' ἐναντίας ἐστὶ προφάσεως, ὅποταν — τὰ μὲν ξυνάγη, τὰ δὲ χαλᾶ, καὶ πάνθ' ὅτι μάλιστα ἰδρῆ —, ἠδὺ καὶ προσφιλεῖ παντὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἴαμα τῶν βιαίων παθημάτων γιγνόμενον κέκληται γλυκύ.* Anacoluthia hujus loci in eo est quod duae apodoses ad unam protasin *ἰπόταν* — *ἰδρῆ* pertinent, altera *πάθος ἐναντίον ἀπ' ἐναντίας ἐστὶ προφάσεως*, altera *πᾶν τὸ τοιοῦτον ἴαμα* — *κέκληται γλυκύ*; cujus generis permulta exempla collegi et explicavi in spec. I 10, sqq. ad Protag. 316, c.

pag. 69. b. *ταῦτα ἀτάκτως ἔχοντα ὁ θεὸς ἐν ἐκάστῳ τε αὐτῶ πρὸς αὐτὸ καὶ πρὸς ἄλληλα συμμετρίας ἐνεποίησεν.* Expectabas *εἰς τάξιν ἦγαγεν ὁ θεὸς ἐν ἐκάστῳ* — *ἐμποίησας*; sed brevitatis studium fecit, ut inceptam structuram scriptor reliquerit et in aliam transierit. vd. spec. I. p. 20, ad Apolog. 21, c.

pag. 74 b. *διὰ ταῦτα οὕτω τὸ τῶν νεύρων καὶ τὸ τῆς σαρκὸς γένος ἐμχανᾶτο, ἵνα τῶ μὲν — καμπτόμενον τὸ σῶμα παρέχοι, τὴν δὲ σάρκα προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων — ἔσεσθαι — παρέξειν — ἀμυνεῖσθαι μετρίως.* Transit structura ab optativo e particula *ἵνα* pendente (*ἵνα παρέχοι*) in infinitivos *ἔσεσθαι*, *παρέξειν*, *ἀμυνεῖσθαι*, quia in verbo *μχανᾶσθαι* notio verbi *ποιεῖν* inest, quod verbum infinitivus sequi solet.

pag. 80. c. *Καὶ δὴ καὶ τὰ τῶν ὑδάτων πάντα ρεύματα, ἔτι δὲ τὰ τῶν περυνῶν πτώματα καὶ τὰ θαυμαζόμενα — τῶν Ἡρακλείων λίθων, πάντων τούτων ὀλκὴ μὲν οὐκ ἔστιν οὐδενὶ ποτε.* In hoc quoque enuntiato incepta structura *καὶ δὴ καὶ τὰ* — *ρεύματα*, quae superiori enuntiato congruebat: *καὶ δὴ καὶ τὰ τῶν* — *παθημάτων αἴτια*, quia non commode ad finem perducī poterat, derelinquitur et denuo incipit oratio his verbis: *πάντων τούτων ὀλκὴ μὲν οὐκ ἔστιν οὐδενὶ.*

ib. c. d. *τὸ δὲ κενὸν εἶναι μηδὲν περιοθεῖν τε αὐτὰ ταῦτα εἰς ἄλληλα, τότε διακρινόμενα καὶ συγκρινόμενα πρὸς τὴν αὐτῶν διαμεμβόμενα ἔδραν ἕκαστα ἵνα πάντα, τούτοις τοῖς παθήμασι πρὸς ἄλληλα συμπλεχθεῖσι τεθωματοεργημένα τῶ κατὰ τρόπον ζητοῦντι φανήσεται.* Stephanus, ut labanti structurae succurreret, *τῶ δὲ* et *τῶ τε* scribendum conjecit, nimis festinanter; perrexit scriptor, ut proximum enuntiatum in ce-

perat: καὶ δὴ καὶ τὰ τῶν ὑδάτων ζευματα; et eadem de causa atque ibi, hic quoque in seqq. orationem paullulum immutavit.

pag. 80. d. καὶ δὴ καὶ τὸ τῆς ἀναπνοῆς, ὅθεν ὁ λόγος ὤρμησε, κατὰ ταῦτα καὶ διὰ τούτων γέγονεν, ὥσπερ ἐν τοῖς πρόθεν εἴρηται, τέμνοντος μὲν τὰ σιτία τοῦ πυρὸς — καὶ διὰ ταῦτα — τὰ τῆς τροφῆς νάματα οὕτως ἐπίρρυτα γεγονέναι. Rursus e verbo finito scriptor ob interposita verba ὥσπερ ἐν τοῖς πρόθεν εἴρηται in infinitivum transiit, quasi ex illis oratio penderet.

pag. 84. c. τὸ δ' ἔσχατον πάντων, ὅταν ἡ τοῦ μυελοῦ φύσις — νοσήσῃ, τὰ μέγιστα τῶν νοσημάτων ἀποτελεῖ. Rectius fortasse hoc et alia ejus generis cum Matthiae in Gr. §. 432. 3. ad appositionis formam retuleris.

pag. 86. a. τὸ μὲν οὖν ἐκ πυρὸς ὑπερβολῆς μάλιστα νοσήσαν σῶμα ζυνεχῆ καύματα καὶ πυρετοὺς ἀπεργάζεται, τὸ δ' ἐξ αἰέρος ἀμφημερῶς, τριταίους δ' ὕδατος διὰ τὸ νοθέστερον αἰέρος καὶ πυρὸς αὐτὸ εἶναι, τὸ δὲ γῆς τετάρτως ἂν νοθέστατον τούτων, ἐν τετραπλάσιαις περιόδοις χρόνου καθαιρόμενον, τεταρταίους πυρετοὺς ποιῆσαν ἀπαλλάττεται μόγις. In ipsa verborum structura vix hic quisquam anacoluthon reperiat, sed omnia recte procedere videantur. Inest tamen in verbis τὸ δὲ γῆς κ. τ. λ. Nam etiamsi verba τριταίους δ' ὕδατος sic explere possis, ut idem sint ac: τὸ δ' ἐξ ὕδατος ὑπερβολῆς νοσήσαν σῶμα τριταίους sc. πυρετοὺς ἀπεργάζεται, vix tamen τὸ δὲ γῆς τετάρτως νοθέστατον ἂν τούτων sic explices, ut sit: το δὲ ἐκ γῆς ὑπερβολῆς νοσήσαν σῶμα τετάρτως ἂν νοθέστατον τούτων, quo ipsum corpus horum maxime segne diceretur, quum supra elementum, a quam dico, aëre et igne segnius vocatum sit. Quodsi igitur νοθέστατον τούτων non ad corpus, sed ad elementum, e quo corpus constat, referendum est, postremi enuntiiati structura non est ἐκ παραλλήλου iis quae antecedunt atque eatenus anacoluthos dicenda.

In CRITIA haec notavi.

pag. 109. c. Ἡφαιστος δὲ κοινὴν καὶ Ἀθηναίαν φύσιν ἔχοντες, ἀμα μὲν ἀδελφὴν ἐκ ταυτοῦ πατρός, ἀμα δὲ φιλοσοφίαν φιλοτεχνίαν τε ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἐλθόντες οὕτω μίαν ἀμφω λῆξιν τήνδε τὴν χάριν εἰλήχατον. Pro ἀμα μὲν ἀδελφὴν, si oratio sibi constaret, dicendum erat: ἀμα μὲν ἀδελφοὶ ὄντες, sed negligenter Plato participio ἔχοντες accusativum ἀμα μὲν ἀδελφὴν adjunxit.

pag. 114. b. τοῖν δὲ δευτέρω γενόμενοι τὸν μὲν Ἀμφίη τὸν δὲ Εὐδαίμονα ἐκάλεσε· τρίτοις δὲ Μνησέα μὲν τῷ προτέρῳ γενόμενῳ, τῷ δὲ μετ' αὐτὰν Αὐτόχθονα. Audiendum ὄνομα ἔδειτο, etsi antecessit ἐκάλεσε.

ib. d. ἐπὶ πολλὰς γενεάς τὴν βασιλείαν ἔσωζον, πλοῦτον μὲν κεκτημένοι τοσούτον, ἴσος οὔτε πω πρόσθεν — οὔτε ποτὲ ὕστερον γενέσθαι ἐράδιος, κατεσκευασμένα δὲ

πάντα ἦν αὐτοῖς, ὅσα κ. τ. λ. A participio κεκτημένοι oratio ad verbum finitum κατεσκευασμένα ἦν deflexit.

ib. e. πλεῖστα δὲ ἡ νῆσος αὐτὴ παρείχετο — πρῶτον μὲν ὅσα — γέγονε, καὶ τὸ νῦν ὀνομαζόμενον μόνον, τότε δὲ πλεον ὀνόματος ἦν τὸ γένος ἐκ γῆς ὀρυττόμενον ὀρεγχάλκου — καὶ ὅσα ὕλη — παρέχεται, πάντα φέρουσα ἀφθονα — τὰ τε αὖ — τρέφουσα. Interrupta est structura justa ἡ νῆσος παρείχετο — φέρουσα — τρέφουσα interposito hoc enuntiato: καὶ τὸ νῦν ὀνομαζόμενον μόνον τότε δὲ πλεον ὀνόματος ἦν τὸ γένος κ. τ. λ. cuius loco participium ὄν expectabatur

pag. 117. b. τὸ δὲ ἀπορρέον ἦγον ἐπὶ τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἄλσος δένδρα παντοδαπὰ κάλλος ὕψος τε δαιμόνιον ὑπὸ ἀρετῆς τῆς γῆς ἔχοντα κ. τ. λ. Fortasse locus haud sanus est; deest enim participium ἔχον post ἔχοντα, quod pertineat ad ἄλσος; vix tamen Plato sic scribere potuit: ἄλσος δένδρα παντοδαπὰ κάλλος ὕψος τε δαιμόνιον ὑπὸ ἀρετῆς τῆς γῆς ἔχοντα ἔχον: quapropter Stallb. οὐ vel ὅπου ante δένδρα inserendum esse conjicit; quod quidem quomodo excidere potuerit, haud facile dictu. Restat, si sanus sit locus, quod affirmare nolim, ut ob participium ἔχοντα alterum ἔχον ab ipso scriptore omissum indeque orationem mancam factam esse dicamus.

pag. 120. c. νόμοι δὲ πολλοὶ μὲν ἄλλοι περὶ τὰ ἱερά τῶν βασιλείων ἐκείνων ἦσαν ἴδιοι, τὰ δὲ μέγιστα μήτε ποτὲ ὅπλα ἐπ' ἀλλήλους οἴσειν βοηθήσειν τε πάντας, ἂν πού τις αὐτῶν ἐν τινὶ πόλει τὸ βασιλικὸν καταλύειν ἐπιχειρῆ γένος, κοινῇ δὲ, καθάπερ οἱ πρόθεν βουλευόμενοι τὰ δίδξαντα περὶ πολέμου καὶ τῶν ἄλλων πράξεων, ἡγεμονίαν ἀποδιδόντες τῷ Ἀτλαντικῷ γένει. Nulla est hoc loco codd. varietas, quare ut scriptus est, ita eum a scriptore scriptum esse putare licet. Expectabamus sane non nominativos participiorum βουλευόμενοι, ἀποδιδόντες, sed. acc. βουλευομένους, ἀποδιδόντας. Ut tamen saepius enuntiato relativo ea annexa vidimus, quae enuntiato primario erant adjungenda, ita hic quoque factum putemus.

Accedimus ad Legum libros, quorum editionem Schneiderianam, quae Parisiis risiis in lucem prodibit, si jam nunc licuisset inspicere, multum sane ea res nos videtur fuisse iuvatura. Quod cum fieri non potuerit, praeter Bekkerianam Astianamque editionem novissimae tantum Turicensium editorum curae auxilio mihi fuerunt. Non dubito igitur, quin complura futura sint, quae mihi anacolutha vel desperata visa post aliquot annos ab ingeniosissimo sagacissimoque illo viro ad pristinam integritatem revocata neminem amplius offendant. Cum vero laborem ante hos undecim annos inceptum amplius differe nec vellem nec possem, quae in praesenti horum librorum conditio est, ea contentus locos, qui anacoluthi mihi visi sunt, indicare, quantumque fieri posset explicare conatus sum. Haec igitur (nam multa, quae in prioribus Platonis scriptis saepius obviam facta jam explicavi, omittam) ex his LEGUM libris notavi.

I. pag. 624. b. vd. spec. I. p. 7.

I. pag. 626. a. vd. spec. I. p. 17. et supra de rep. II. p. 383. a.

I. pag. 639. c. d. Τί δ' ἐπαινέτην ἢ ψέκτην κοινωνίας ἡστνωσοῦν, ἢ πέφυκε τε ἀρχῶν εἶναι μετ' ἐκείνου τε ἀφελιμός ἐστιν, ὁ δὲ μήθ' ἑωρακῶς εἴη ποτ' ὀρθῶς αὐτὴν αὐτῇ κοινωνοῦσαν μετ' ἀρχόντος, αἰεὶ δὲ ἀναρχον ἢ μετὰ κακῶν ἀρχόντων ζυνοῦσαν· οἴομεθα δὴ ποτε τοὺς τοιοῦτους θεωροῦς τῶν τοιούτων κοινωνιῶν χρηστὸν τι ἢ ψέξειν ἢ ἐπαινέσεσθαι; Patet hujus loci anacoluthia: immutatur ob interposita enuntiata orationis subjectum: cum enim haec fere subjicienda essent: τί δ' ἐπαινέτην ἢ ψέκτην — χρηστὸν ἢ ψέξειν ἢ ἐπαινέσεσθαι οἴομεθα, oratione paullulum immutata scriptor sic pergīt: οἴομεθα δὴ ποτε τοὺς τοιοῦτους θεωροῦς τῶν τοιούτων κοινωνιῶν χρηστὸν τι ψέξειν ἢ ἐπαινέσεσθαι. Praeterea etiam in interpositis enuntiatis relativa structura bis derelicta est: μετ' ἐκείνου τε ἀφελιμός ἐστιν, et: ὁ δὲ μήθ' ἑωρακῶς εἴη,

I. pag. 642. b. ἴσως μὲν οὖν καὶ πᾶσι τοῖς παισίν, ἐπειδὴν ἀκούσωσιν, οτι τινὸς εἰσι πόλεως πρόξενοι, ταύτη τις εὐνοια ἐκ νέων εὐδὺς ἐνδύεται ἕκαστον ἡμῶν τῶν προξένων τῇ πόλει ὡς δευτέρᾳ οὐσῃ πατρίδι μετὰ τὴν αὐτοῦ πόλιν. Transit oratio a dativo ad acc. ob verbum ἐνδύεται.

I. p. 648. c. καὶ γυμνασάμενον μὲν εὖ καὶ ἀνδρείως ἀζήμιον ἀπαλλάττοις ἂν, κακῶς δὲ ζημίαν ἐπιθεῖς. A verbo finito oratio ad participium deflexit, ut saepe.

II. p. 653. a. Λέγω τοίνυν τῶν παιδῶν παιδικὴν εἶναι πρώτην αἰδησιν ἠδονὴν καὶ λύπην, καὶ ἐν οἷς ψυχῇ ἀρετὴ καὶ κακία παραγιγνεται πρῶτον, ταῦτ' εἶναι· φρόνησις δὲ καὶ ἀληθεῖς δόξας βεβαίους εὐτυχῆς (εὐτυχῆς non male Astius) ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο. Acc. absolutos φρόνησιν καὶ ἀληθεῖς δόξας Astius vocat; ego orationem anacoluthon potius dixerim. Accusativos φρόνησιν καὶ ἀληθεῖς δόξας adjunxit scriptor antecedenti accusativo παιδικὴν αἰδησιν, convenientiae studio ductus; sequens autem structura quum per nominativum commodius procedat, εὐτυχῆς ὅτῳ — παρεγένετο, factum est, ut accusativi illi dereliquerentur; quo sensu si quis absolutos vocare malit, non repugno. Praeterea numerus singularis verbi notandus est.

II. pag. 653. b. παιδείαν δὴ λέγω τὴν παραγιγνομένην πρῶτον παισίν ἀρετὴν, ἠδονὴν δὲ καὶ φιλίαν καὶ λύπην καὶ μῖσος ἂν ὀρθῶς ἐν ψυχῆς ἐγγίγνωνται μήπω δυναμένων λόγῳ (Boeckhii et Astii λόγον) λαμβάνειν, λαβόντων δὲ τὸν λόγον συμφωνήσωσι τῷ λόγῳ, ὀρθῶς εἰθίθαι ὑπὸ τῶν προσηκόντων ἐθῶν· αὐτῆς δ' ἢ συμφωνία ζύμπασσα μὲν ἀρετὴ, τὸ δὲ περὶ ταῖς ἠδοναῖς καὶ λύπαις τετραμμένον αὐτῆς ὀρθῶς, ὥστε μισεῖν μὲν ἀχρῆ μισεῖν εὐδὺς ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους, στέργειν δὲ ἀχρῆ στέργειν, τοῦτ' αὐτὸ ἀποτεμῶν τῷ λόγῳ καὶ παιδείαν προσαγορεύων κατὰ γε τὴν ἐμὴν ὀρθῶς ἂν προσαγορεύοις. Incepta longioris circuitus structura ab accusativo παιδείαν δὴ λέγω, ob interpositum enun-

tiatum ἡδονὴ δὲ καὶ λύπη κ. τ. λ. deflexa in nominativum αὐτῆς θ' ἢ ζυμφορὰ ζύμ-
 πασα, rursus interjecto participio τοῦτ' αὐτὸ ἀποτεμῶν ad activam formam et ac-
 cusativum παιδείαν ἀν' ὀρθῶς προσαγορεύοις rediit.

II. p. 655. d. Ἐπειδὴ μιμήματα τρόπων ἐστὶ τὰ περὶ τὰς χορείας, ἐν πράξει τε
 παντοδαπαῖς γιγνόμενα καὶ τύχαις καὶ ἤθεσι καὶ μιμήμασι (Boeckh. παθήμασι) διεξιόντων
 ἐκάστων κ. τ. λ. Locum perdifficilem si cum Boeckhio explices, cumque eodem
 παθήμασι pro μιμήμασι legas, διεξιόντων ἐκάστων genitivi erunt absoluti, e quibus verba ἐν
 πράξει τε παντοδαπαῖς γιγνόμενα κ. τ. λ. pendebunt, nullaque erit in eo anacoluthia.
 Sin cum Astio, qui γιγνόμενα ad τὰ περὶ τὰς χορείας refert, et μιμήμασι διεξιόντων ἐκά-
 στων explicat: τῶ μιμῆσθαι ἕκαστα διεξιόντων αὐτὰ intolerabilis omnique anacoluthia
 durior verborum constructio erit.

II. p. 656. c. Ὅπου δὴ νόμοι καλῶς εἰσι κείμενοι ἢ καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον εἰσονται,
 τὴν περὶ τὰς Μούσας παιδείαν τε καὶ παιδιὰν οἴομεθα ἐξέσεσθαι τοῖς ποιητικῶς, ὅτι περ
 ἀν' αὐτὸν τὸν ποιητὴν ἐν τῇ ποιήσει τέρπη βυθμοῦ ἢ μέλους ἢ ῥήματος ἐχόμενον, τοῦτο δι-
 δάσκοντα καὶ τοὺς τῶν εὐνόμων παιδίας καὶ νέους ἐν τοῖς χοροῖς ὅτι ἀν' τύχη ἀπεργά-
 ζεσθαι πρὸς ἀρετὴν ἢ μοχθηρίαν. Alterutra structura scriptor uti debuit, aut participiis
 διδάσκοντα καὶ ἀπεργαζόμενον, aut infinitivis διδάσκειν καὶ ἀπεργάζεσθαι, quorum illa
 enuntiato relativo ὅτι περ ἀν' τὸν ποιητὴν τέρπη, hi per exegesis infinitivo ἐξέσεσθαι
 se adjunctissent, sed per negligentiam quandam usus es simul utraque.

II. p. 657. a. δυνατόν ἄρ' ἦν περὶ τῶν τοιούτων νομοθετεῖσθαι βεβαίως θαρ-
 βούντα μέλη τὰ τὴν ὀρθότητα φύσει παρέχοντα. Notandus est accusativus subjectivus
 θαρβούντα formae passivae νομοθετεῖσθαι adjunctus, quasi activa esset νομοθετεῖν, ex qua
 acc. μέλη penderet, qui, ut nunc est, pro subiecto passivae structurae habendus est,
 ut duo quodammodo eaque diversa orationis subiecta insint, θαρβούντα (τινὰ) et
 μέλη. cf. Theaet. p. 192. a. in spec. I. p. 36.

II. p. 658. a. b. τί ἀν', εἴ ποτέ τις οὕτως ἀπλῶς ἀγῶνα θεῖν ἐντινοῦν, μηδὲν ἀφο-
 ρίσας μήτε γυμνικὸν μήτε μουσικὸν μήτε ἵππικόν, ἀλλὰ πάντας συναγαγὼν τοὺς ἐν τῇ πόλει
 προεῖποι θεῖς νικητήρια τὸν βουλούμενον ἢ κεν ἀγωνιούμενον ἡδονῆς πέρι μόνον, ὃς δ' ἀν' τέρπη
 τοὺς θεατὰς μάλιστα μηδὲν ἐπιταττόμενος ᾧτινι τρόπῳ, νικήσῃ δὲ αὐτὸ τοῦτο ὅτι μάλιστα
 ἀπεργασάμενος καὶ κριτῇ τῶν ἀγωνισαμένων ἡδιστος γεγονέναι· τί ποτ' ἀν' ἡγούμεθα ἐκ ταύ-
 τῃς τῆς προβήσεως ζυμβαίνειν; Anacoluthos quidem hic locus est, sed neque mancus,
 neque depravatus, ut Astio visum est; deest tantummodo apodosis enuntiato re-
 lativo ἐς ἀν' τέρπη τοὺς θεατὰς μάλιστα fere huiusmodi: τοῦτον νικήσειν; quae cum
 in altero protasis membro: νικήσῃ δὲ αὐτὸ τοῦτο (τὸ τέρπειν τοὺς θεατὰς) ὅτι μάλιστα
 ἀπεργασάμενος, jam inclusa sit, tanquam supervacanea ommissa est.

II. pag. 659. d. e. Δοκεῖ μοι τρίτον ἢ τέταρτον ὁ λόγος εἰς ταῦτόν περιφερόμενος ἦκειν, ὡς ἄρα παιδεία μὲν ἐστὶ ἢ παιδῶν ὅλη τε καὶ ἀγωγή πρὸς τὸν ὑπὸ τοῦ νόμου λόγον ὀρθὸν εἰρημένον — ἢ οὖν ἡ ψυχὴ τοῦ παιδὸς — ἐθίζεται —, τούτων ἕνεκα ἄς ἄδῃς καλοῦμεν, ὄντως μὲν ἐπαρδαί ταῖς ψυχαῖς αὐταὶ νῦν γεγονέναι — παιδαί τε καὶ ἄδῃς καλεῖσθαι, καὶ πράττεσθαι. Nec mancus nec depravatus hic locus est, ut Boeckhio et Astio visum, pendent infinitivi γεγονέναι καλεῖσθαι πράττεσθαι, qui non sunt pro imperativis, ex supra posito δοκεῖ, e quo δοκοῦσι audiendum est, ut ne anacoluthos quidem oratio vocari possit.

II. p. 661. d. e. Ἄρ' οὖν ὑγίειάν τε κερτημένον καὶ πλοῦτον καὶ τυραννίδα διὰ τέλους, καὶ ἔτι προστίθημι ὑμῖν ἰσχὺν διαφύρουσαν καὶ ἀνδρείαν μετ' ἀθανασίας, καὶ μηδὲν ἄλλο αὐτῶ τῶν λεγόμενων κακῶν εἶναι γιγνόμενον, ἀδικίαν δὲ καὶ ὕβριν ἔχοντα ἐν αὐτῶ μόνον —, τὸν οὕτω ζῶντα ἴσως ὑμᾶς; οὐ πείθω μὴ οὐκ εἶναι εὐδαίμονα ἀλλ' ἀθλιον γίγνεσθαι σαφῶς; Levis tantum huius loci anacoluthia in eoque posita est, quod interrogatio ab initio posita ἄρ' οὖν paullum immutata ad extremum resumitur verbis: ἴσως ὑμᾶς οὐ πείθω. In interposito enuntiato notandum est mutatum obiectum verbi προστίθημι, quod primum rem, ἰσχὺν καὶ ἀνδρείαν — γιγνόμενον, deinde personam ἔχοντα sibi adiunctam habet.

II. p. 666. b. c. καλεῖν τοὺς τε ἄλλους θεοὺς καὶ δὴ καὶ Διόνυσον παρακαλεῖν εἰς τὴν τῶν πρεσβυτῶν τελετὴν ἅμα καὶ παιδαίαν, ἣν τοῖς ἀνθρώποις ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήραος αὐστηρότητος ἐδαρήσαντο τὸν οἶνον φάρμακον, ὥστ' ἀνηβαῖν ἡμᾶς καὶ δυθυμίας λήθην γίγνεσθαι, μαλακώτερον ἐκ σκληροτέρου τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρον ἐντεθνήτα γιγνόμενον, καὶ οὕτως εὐπλαστότερον εἶναι. Nemo de impedita horum verborum structura questus est, sed τε post μαλακώτερον inserendo (ex uno cod.) Astius loci integritatem restituisse sibi visus est. Cum vero libri ceteri omnes τε illud respuant, ego anacoluthiam potius in eo quandam esse putaverim, ut primum accusativus participii, etsi novum sit orationis subiectum: τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, antecedenti pronomini ἡμᾶς se accommodet, cuius structurae loco genitivos absolutos expectes, deinde per infinitivum εἶναι oratio ad particulam ὥστε redeat.

III. p. 677. c. d. Πῶς γὰρ ἂν, ὃ ἀριστερὸν, εἰ γε ἔμενε τάδε οὕτω τὸν πάντα χρόνον ὡς νῦν διακεκόσμηται, καινὴν ἀνευρίσκετό ποτε καὶ ὀτιοῦν; ὅτι μὲν γὰρ μυριάκις μύρια ἔτη διελάνθανεν ἄρα τοὺς τότε, χίλια δ' ἀφ' οὗ γέγονεν ἢ δις τσαῦτα ἔτη, τὰ μὲν Δαιδάλω καταφανῆ γέγονε, τὰ δὲ Ὀρφεὶ κ. τ. λ. Sic legitur hic locus etiam in novissima editione Turicensi; Stephaniana habet ὀτιοῦν του; ὀ,τι; cod. A. Bekk: ὀτιοῦν τοῦτο ὅτι; praeterea nihil in libris variatum; quare novissimi editores, Turicenses et Bekkerus plurimorum librorum lectionem, quam supra dedi, tenuerunt. Sensum loci eum

esse puto, quem Astius dicit: innumerabilia saecula latuerant (vetera inventa, quae diluvio perierunt,) homines illius aetatis (i. e. temporum, quae diluvium consecuta sunt,) mille vero vel duo millia annorum intercesserunt, quum (i. e. ex quo) alia Daedalus patefaceret, alia Orpheus cet. Verba χίλια δ' ἀφ' οὗ γέγονε ἢ δ' ἴς τοσαῦτα ἔτη traiecta puto pro: χίλια δὲ γέγονε ἢ δ' ἴς τοσαῦτα ἔτη ἀφ' οὗ κ. τ. λ. Anacoluthia autem, ob quam huc refertur locus, est in apodosi omissa, quam δῆλόν ἐστι vel simile quid esse recte jam Cornarius intellexit.

III. p. 684. d. vid. spec. I. p. 7.

III. p. 683. c. ἔδοξεν αὐτοῖς — διανείμαντας — οἰκίσειν. A dativo structura ad acc. transit ob infinitivum sequentem. cf. VI. 796. c. 806 c.

III. p. 686. a. Οὐκοῦν καὶ τὸ βεβαίως οἶσθαι ταῦθ' ἔξεν εἰς αὐτοὺς — ἄτε κοινοῦ κινήσεως μὲν πολλῶν πόνων — ; ὑπὸ γένους δὲ ἐνός — διακεκοσμημένους, πρὸς τοῦτοις δ' ἔτι καὶ πολλοῖς μάντεσι κεχρημένους εἶναι. Transit oratio a participio ἄτε κοινοῦ κινήσεως ad infinitivum κεχρημένους εἶναι, quasi verbum aliquod antecesserit, ex quo infinitivus pendere possit.

III. p. 686. d. ἀποβλέψας γὰρ πρὸς τοῦτον τὸν στόλον οὗ περὶ διαλεγόμεθα, ἔδοξέ μοι πάγκαλος εἶναι. vd. spec. I. pag. 19. ad Apol. 21. c.

III. p. 694. a. vid. spec. I. p. 20.

IV. p. 717. a. σκοπὸς μὲν οὖν ἡμῖν οὗτος, οὗ δαῖ στοχάζεσθαι· βέλη δὲ καὶ οἶον ἢ τοῖς βέλεσιν ἔφεσις τὰ ποῖ ἂν λεγόμενα ἀρθότατα φέροιτ' ἂν; Non dixerim cum Astio βέλη esse nominativum absolutum; refertur enim ad eum τὰ ποῖα λεγόμενα, ut sit orationis subjectum; sed verba οἶον ἢ τοῖς βέλεσιν ἔφεσις negligenter adiecta sunt, ita ut sequens structura non eorum, sed solius vocabuli βέλη rationem habeat, in quo sane quaedam orationis anacoluthia posita est.

IV. p. 717. c. τελευτησάντων δὲ γονέων ταφῇ μὲν ἢ σωφρονεστάτη καλλίστη, μηδ' ὑπεραίροντα τῶν εἰθισμένων ὄγκων μήτ' ἐλλείποντα ὧν οἱ προπάτορες τοὺς ἑαυτῶν γεννήτας ἐτίθεσαν, τὰς τ' αὖ κατ' ἐνιαυτὸν τῶν ἤδη τέλος ἐχόντων ὡσαύτως ἐπιμελείας τὰς κόσμον φερούσας ἀποδιδόναι. Anacoluthi sunt accusativi participiorum ὑπεραίροντα — ἐλλείποντα, adiecti, quasi dictum esset: τελευτησάντων δὲ γονέων κάλλιστον σωφρονεστάτα ταφαῖς ποιῆσαι, cui structurae etiam infinitivus ἀποδιδόναι recte se adiungeret, qui nunc a iusta orationis forma recedit.

IV. 718. d. τὰ τάνυν δὴ λεχθέντα ἔδοξέ τί μοι προύργου δρᾶν εἰς τὸ περὶ ὧν ἂν παραινῆ μὴ παντάπασιν ὠμῆς ψυχῆς λαβόμενα, μᾶλλον δὲ ἡμερώτερόν τε ἂν ἀκούειν καὶ εὐμενέστερον κ. τ. λ. Offendit in hac verborum serie illud δὲ post μᾶλλον; quapropter Astius in priore editione ejecit, μᾶλλον autem ad augendam comparativi

vim additum putavit, qua medela adhibita oratio sine impedimento fluit. Sed pertinaciter omnes libri δὲ illud tuentur, quare novissimi quoque editores Turicenses retinuerunt. Fateor tamen me nondum idoneam hujus structuræ causam invenire potuisse.

IV. p. 720. a. Πότερον οὖν ἡμῖν ὁ τέταγμένος ἐπὶ τοῖς νόμοις μηδὲν τοιοῦτον προαγορεύει, ἀλλ' εὐθύς ὁ δεῖ ποιεῖν καὶ μὴ φράζει — παραμυθίας δὲ — μηδὲ ἐν προσδιδοῦ; καθάπερ ἰατρὸς δὲ τις ὁ μὲν οὕτως, ὁ δὲ ἐκείως εἶωθεν ἡμᾶς ἐκάστοτε θεραπεύειν, — ἀναμνησκόμεθα δὲ τὸν τρόπον ἐκότερον, ἵνα κ. τ. λ. Deest apodosis verbis καθάπερ ἰατρὸς δὲ τις θεραπεύειν, ob interposita: ἀναμνησκόμεθα δὲ κ. τ. λ. quibus a tenore orationis scriptor ita abducitur, ut in extrema pagina demum ad initium quodammodo reversus, quod supra paullo aliter dicendum erat, sic addat: Βούλει δὴ καὶ θεασάμεθα τὸ διπλοῦν τοῦτο καὶ ἀπλοῦν ἐν ταῖς νομοθεσίαις αὐταῖς γυγνόμενον.

V. p. 734. e. καθάπερ οὖν δὴ τινα ξυνοφῆν ἢ καὶ πλέγμ' ἀλλ' ὅτιοῦν οὖν ἐκ τῶν αὐτῶν οἷόν τ' ἐστὶ τήν τε ἐφυφῆν καὶ τὸν στήμοια ἀπεργάζεσθαι, διαφέρειν δ' ἀναγκαῖον τὸ τῶν στημόνων πρὸς ἀρετὴν γένος. — ὅθεν δὴ τοὺς μεγάλας ἀρχὰς ἀρξόντας δεῖ διακρίνεσθαι κ. τ. λ. Antecedente καθάπερ sequi debebat οὕτω δὴ.

V. pag. 736. d. εὐχὴ δὲ μόνον ὡς ἔπος εἰπεῖν λείπεται καὶ σμικρὰ μετάβασις εὐλαβῆς ἐν πολλῶν χρόνῳ σμικρὸν μεταβιβάζουσιν. ἢ δὲ τῶν κινουμένων αἰεὶ κερτημένων μὲν αὐτῶν γῆν ἀφθονον ὑπάρχειν, κερτημένων δὲ καὶ ὀφειλέτας αὐτοῖς πολλούς, ἐθελόντων δὲ τούτων πη τοῖς ἀποροῦμένοις δι' ἐπιείκειαν κοινωεῖν, τὰ μὲν ἀφιέντας, τὰ δὲ νεμομένους, ἀμῆ γέ πη τῆς μετριότητος ἐχομένους κ. τ. λ. Anacoluthi dicendi sunt acc. ἀφιέντας νεμομένους ἐχομένους, qui genitivi esse debebant, superioribus τῶν κινουμένων adjecti; sed antecedente infinitivo κοινωεῖν, facile in accusativos conversi sunt. cf. VII. p. 795. e. Prior autem infinitivus ille ὑπάρχειν, si lectio certa, quodammodo e verbo λείπεται pendet, e quo notionem verbi δοκεῖν facile audias; alioqui cum Stephano et Astio ὑπάρχει scribendum erit.

V. p. 738. d. vid. spec. I. p. 23.

V. p. 739. c. d. Πρώτη μὲν τοίνυν πόλις τέ ἐστὶ καὶ πολιτεία καὶ νόμοι ἀριστοί, ὅπου τὸ πάλαι λεγόμενον ἂν γίγνηται κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ὅτι μάλιστα λέγεται δὲ ὡς ὄντως ἐστὶ κοινὰ τὰ φίλων. τοῦτ' οὖν εἴτε που νῦν ἔστιν εἴτ' ἔσται ποτέ, κοινὰς μὲν γυναῖκας, κοινούς δὲ εἶναι παῖδας, κοινὰ δὲ χρήματα ζύμπαντα, καὶ πάση μηχανῇ τὸ λεγόμενον ἴδιον πανταχόθεν ἐκ τοῦ βίου ἅπαν ἐξήρηται, μεμηχανῆται δ' εἰς τὸ δυνατόν καὶ τὰ φύσει ἴδια κοινὰ ἀμῆ γέ πη γεγονέναι —, καὶ κατὰ δύναμιν οἵτινες νόμοι μίαν ἔτι μάλιστα πόλιν ἀπεργάζονται, τούτων ὑπερβολὴ πρὸς ἀρετὴν οὐδεὶς ποτε ὄρον ἄλλον θεμενος ὀρθότερον οὐδὲ βελτίω θήσεται. Ad explicandam paulo impeditiorem hanc pe-

riodum primum hoc admonuerim, τοῦτο in verbis τοῦτ' οὖν εἴτε που νῦν ἔστι referrī ad antecedens κοινὰ τὰ φίλων; et verba κοινὰς μὲν γυναῖκας — ζύμπαντα illorum κοινὰ τὰ φίλων esse quandam interpretationem, ideoque non esse cum Astio ad τοῦτο verbum σημαίνει vel simile quid audiendum, sed τοῦτο totius enuntiati esse subjectum. Hinc intelligitur quartum quoque et quintum orationis membrum, dico verba καὶ πάση μηχανῇ — ἐξήρηται et μεμηχανήται — γεγονέναι, ejusdem τοῦτο uberiorem esse expositionem, ideoque infinitivis fuisse enuntianda; in eo igitur, quod verbis finitis expressa sunt, anacoluthia loci posita est. Quumque semel ab incepta structura deflexerit scriptor, ad eam jam non revertitur, sed apodosin talem addit, quae ad proxima tantum spectet: καὶ κατὰ δύναμιν οὔτινες νόμοι μίαν ἔτι μάλιστα πόλιν ἀπεργάζονται, τούτων — θήσεται, quum initium periodi talem fere apodosin postulat: αὕτη ἀρίστη τε καὶ καλλίστη ἔσται πόλις καὶ πολιτεία vel quid simile.

V. pag. 739 d. ἡ μὲν δὴ τοιαύτη πόλις, εἴτε που θεοὶ ἢ παῖδες θεῶν αὐτὴν οἰκοῦσι πλείους ἑνός, οὕτω διαζῶντες εὐφραίνεμενοι κατοικοῦσιν. Non dixerim cum Astio ἡ μὲν δὴ τοιαύτη πόλις esse nominativum absolutum, sed subjectum orationis exeunte sententia plurale factum, et κατοικοῦσιν sensu, quem vocant, intransitivo, esse accipiendum.

V. p. 740. b. c. ὁ λαχὼν τὸν κληρὸν καταλείπέτω αἰεὶ ταύτης τῆς οἰκίσεως ἕνα μόνον κληρονόμον — . τοὺς δὲ ἄλλους παῖδας, οἷς ἂν πλείους ἑνός γίνωνται, θηλείας τε ἐκδόσθαι — ἀρξενάς τε — διανέμειν. Transit oratio ab imperativo ad infinitivum, quasi δεῖ antecesserit.

V. p. 744. b. c. ἐπειδὴ δὲ οὐ δυνατόν (ἴσα πάντ' ἔχοντα ἕκαστον εἰς τὴν ἀπορίαν ἐλθεῖν), δεῖ δὴ — τιμήματα ἀνίστα γενέσθαι, ἢ ἀρχαί τε καὶ εἰσφοραὶ καὶ διανομαὶ τὴν τῆς ἀξίας ἑκάστοις τιμὴν μὴ κατ' ἀρετὴν μόνον τὴν τε προγόνων καὶ τὴν αὐτοῦ μηδὲ κατὰ σαμάρτων ἰσχύς καὶ εὐμορφίας, ἀλλὰ καὶ κατὰ πλοῦτου χρῆσιν καὶ πενίας τὰς τιμὰς τε καὶ ἀρχὰς ὡς ἰσαίτατα τῶ ἀνίστῳ ζυμμέτρῳ δὲ ἀπολαμβάνοντες μὴ διαφέρωνται. Recte Astius contortum hunc locum explanavit, praeterquam quod ἀρχαί τε καὶ εἰσφοραὶ καὶ διανομαὶ nominativos absolutos vocavit, et interpretatus est: quod ad magistratus et vectigalia et distributiones attinet. Sunt ἦ quidem nominativi absoluti, hoc tamen modo, ut sequens structura eos negligat et derelinquat. Sequi debebat post πενίας: ἀποδοῦσαι μὴ διαφέρεισθαι ἕως; vel simile quid; sed mutatur in extrema oratione subjectum, quod erat ἀρχαί τε καὶ εἰσφοραὶ καὶ διανομαί, et homines fiunt subjectum; ad hos pertinet ἀπολαμβάνοντες, proinde acc. τὰς τιμὰς τε καὶ ἀρχὰς addi necesse fuit.

ib. *ὡς ἀμφοτέρω τριτόντων ταῦτα ἀμφοτέρω.* Sic Stephanus et Bekkerus. Turicensis suadente Astio ἀμφοτέρω dederunt, de codicibus nihil adnotaverunt. Ego cum Bekkero ἀμφοτέρω verum et pro genitivo positum puto, ut acc. et genit. absoluti conjuncti sint, quales supra de rep. IV. 436. e. et VII. 527. b. reperimus, ubi vid. adnot.

V. pag. 745. b. Τὸ δὴ μετὰ τοῦτο πρῶτον μὲν τὴν πόλιν ἰδρῦθαι δεῖ — τόπον ἐκλεξάμενον. Structura passiva in extrema oratione in activam cessit. cf. VI. 760. e. VIII. 828. b. c. 833. e. 848. d.

V. pag. 746. e. πρὸς δὲ τούτοις οὐδ' ἐκεῖνα φοβητέα, δέισαντα τὴν δόξασαν ἂν γίνεσθαι σμικρολογίαν, ἂν τις προστάτῃ πάντα ὅπ' ἂν σκευὴ κτῶνται, μηδὲν ἄμετρον αὐτῶν ἔαν εἶναι, καὶ κοινῶ λόγῳ νομίσαντα πρὸς πάντα εἶναι χρησίμους τὰς τῶν ἀριθμῶν διανομάς. Debebat sequi: καὶ νομίση; negligenter ad δέισαντα adjectum νομίσαντα.

VI. pag. 752. c. δῆλον δὲ τό γε τοσοῦτον παντὶ σχεδὸν καὶ τῷ μὴ πάνυ σοφῷ, τὸ βραδίως γε αὐτοὺς μηδένως (νόμους) προσδέξασθαι κατ' ἀρχάς, εἰ δὲ μείναιμὲν πως τοσοῦτον χρόνον, ἕως οἱ γευσάμενοι παῖδες τῶν νόμων — τῶν ἀρχαιρεσιῶν τῇ πύλει πάσῃ κοινωήσειαν· γενομένου γε μὴν, οὗ λέγομεν, εἴπερ τινὶ τρόπῳ καὶ μηχανῇ γίγνοιτο ἄρδῶς, πολλὴν ἔγωγε ἀσφάλειαν οἶμαι κ. τ. λ. Verba γενομένου γε μὴν οὗ λέγομεν renovant antecedentia: εἰ δὲ μείναιμὲν — κοινωήσειαν.

VI pag 755. d. τρεῖς δὲ, οἷς ἂν ἡ πλείστη χειροτονία γίγνηται, τούτους εἶναι στρατηγούς τε καὶ ἐπιμεληταῖς τῶν κατὰ πόλεμον, δοκιμασθέντων καθάπερ οἱ νομοφύλακες. Liberior genitivorum absolutorum usus. cf. VIII. 829. d.

VI. pag. 760. e. ἐν δὲ δὴ ταῖς διατριβαῖς τῷ τόπῳ ἐκάστῳ τὴν ἐπιμέλειαν εἶναι τοιάνδε τινά, πρῶτον μὲν ὅπως εὐεργῆς ἡ χώρα πρὸς τοὺς πολεμίους ὅτι μάλιστα ἔσται, ταφρεύοντάς τε κ. τ. λ. cf. V. 745. b.

VI. pag. 761. b. c. ὅπως ἂν (αἰ νάπαι) τὰ παρὰ τοῦ Διὸς ὕδατα καταδεχόμεναι καὶ πίνουσαι — καὶ τοὺς αὐχμηροτάτους τόπους — εὐδέρους ἀπεργάζονται· τὰ τε πηγασία ὕδατα — κοσμοῦντες καὶ — ξυνάγοντες νόματα πάντα ἄφθονα ποιῶσι. Mutatur orationis subjectum, quod initio erat αἰ νάπαι, postea auditur οἱ ἄνθρωποι, ut paulo ante in participio ταφρεύοντας; structura manet eadem, quae in proximo enuntiatio erat, conjunctivo e particula ὅπως pendente.

ib. c. d. πανταχῇ δὲ ἐν τοῖς τοιούτοις γυμνάσια χρῆ παρασκευάζειν τοὺς νέους αὐτοῖς τε καὶ τοῖς γέροισι γεροντικά λούτρα θερμὰ παρέχοντας ἵλην παρατιθέντάς αὐτῶν καὶ ξηρὰν ἄφθονον, ἐπ' ὁἴσει καμνόντων τε νόσοις καὶ πόνοις τετραμέννα γεωργικῶς σώματα δεχομένους εὐμενῶς ἰατροῦ δέξιν (e conj. Winckelmanni, cet. δ' ἔξιν) μὴ πάνυ σοφοῦ βελτίονα συχῶ. Mutatur in participio δεχομένους, ut recte Astius vidit, verborum structura. Exspe-

ctabas: ἐπ' ὀνήσει καμνόντων τε νόσοις καὶ πόνοις γεωργικαῖς τα σώματα τετραμένων, sed cum scriptor addere vellet illud εὐμενῶς κ.τ.λ. neglexit inceptam structuram et ad antecedentia participia παρέχοντας — παρατιθέντας accommodavit tertium δεχομένους.

VI. pag. 762. a. καὶ δὴ καὶ τοὺς ἀγρονόμους τούτους εἰάν ὑβρίζωσι τι — ἀνεῖδη φερέδωσαν ἐν πάσῃ τῇ πόλει, τῶν δὲ ἄλλων ἀδικημάτων — τούτων πέρι λαγχάγειν μὲν ἐν ταῖς κοιναῖς δίκαις τὸν ἀδικούμενον, εἰάν δ' ἔλη, τὴν διπλασίαν πραττέδω τὸν ὑποφεύγοντα. Variat, ut facile quisque videt, scriptor conformationem hujus enuntiatii; propter antecedentium enuntiatorum structuram obliquam incipit ab accusativo: καὶ δὴ καὶ τοὺς ἀγρονόμους, transit autem loco infinitivi in imperativum, redit deinde ad acc. c. inf. rursusque ad imperativum revertitur.

VI. 769. a. Οἶδ' ὅτι καθάπερ ζωγράφων οὐδὲν πέρας ἔχειν ἢ πραγματεία δοκεῖ κ.τ.λ. Non sequitur alterum membrum quod ad illud καθάπερ respondeat.

ib. c. χρησάμεθά γε μὴν τῷ παρατυχόντι λόγω τὸ τοιόνδε, ὡς εἶποτέ τις ἐπινοήσῃ γραψαί ὡς κάλλιστον ζῶον — ζυγνοεῖς ὅτι θνητὸς ἂν εἰ μὴ τινα καταλείψει διάδοχον τοῦ ἐπανορθοῦν τε, εἰάν τι σφάλῃται τὸ ζῶον ὑπὸ χρόνον, καὶ τὸ παραλειφθὲν ὑπὸ τῆς ἀδενείας τῆς ἑαυτοῦ πρὸς τὴν τέχνην εἰς τὸ πρόθεν οἷός τ' ἔσται Φαιδρῶν ποιεῖν ἐπιδιδόναι σμικρὸν τινα χρόνον αὐτῷ πόνος παραμενεῖ πάμπολυς. Triplex in hoc loco anacoluthia est; primum post ὡς supervacaneum est illud ζυγνοεῖς ὅτι; deinde θνητὸς ἂν postulat verbum, quod vocant, transitivum v. c. καταλείψει ἔργον σμικρὸν χρόνον παραμενοῦν; tum genitivo τοῦ ἐπανορθοῦν τε respondere debebat alter. v. c. ποιεῖν τε εἰς τὸ πρόθεν ἐπιδιδόναι, omissis verbis οἷός τ' ἔσται, quae non habent cui adnectantur. Facile tamen quisque perspicit, qui factum sit ut scriptor sic sibi indulserit. cf. III. 686. d. VII. 811. c. 817. d.

VI. pag. 778. e. τὸ δ' ἡμέτερον ἔτι πρὸς τούτοις γέλωτ' ἂν δικαίως πάμπολυν ἄφλοι, τὸ κατ' ἐνιαυτὸν μὲν ἐκπέμπειν εἰς τὴν χώραν τοὺς νέους, τὰ μὲν σκάψοντας — ὡς δὴ τῶν ὄρων τῆς χώρας οὐκ ἐάσοντας ἐπιβαίνειν· τεῖχος δὲ περιβαλοίμεθα, ὃ πρῶτον κ.τ.λ. Corrigitur voluit Astius: τεῖχος εἰ περιβαλοίμεθα, recte, quod ad sensum attinet, sed non est necessarium; pergebat scriptor quasi scripsisset: εἰ κατ' ἐνιαυτὸν μὲν ἐκπέμποιμεν. Est igitur anacoluthia, quam facile explicemus.

VI. pag. 780. c. Ὁ δὴ ἔλεγον ὅτι θαυμαστὸν ὃν τοῦτο ποτε καὶ φοβερὸν ἐπιτάξαι τισὶ νῦν οὐχ ὁμοίως τῷ προστάττοντι δυσχερὲς ἂν εἴη νομοθετεῖν αὐτό. Ea hic est anacoluthiae forma, qua, quod enuntiatio directo erat efferendum, relativo adnectitur. Dicendum erat: ὃ δὴ ἔλεγον, ὅτι θαυμαστὸν ἦν ποτε καὶ φοβερὸν τισιν ἐπιτάξαι, οὐχ ὁμοίως νῦν δυσχερὲς ἂν εἴη τοῦτο νομοθετεῖν. vid. spec. I. p. 7. ad Phaedr. pag. 272. d.

VII. pag. 792. d. ταύτην τὴν ἔξιν διάκειν Φημί δεῖν ἡμῶν καὶ τὸν μέλλοντα ἔσε-
 δαι θεῖον, μήτ' οὖν αὐτὸν προπετῆ πρὸς τὰς ἡδονὰς γιγνόμενον ὅλως, ὡς οὐδ' ἐκτὸς λυ-
 πῶν ἐσόμενον, μήτ' ἄλλον, γέροντα ἢ νέον, εἰάν πάσχειν ταῦτόν τοῦθ' ἡμῖν. Structura a
 participio incepta ad infinitivum deflexit, ut saepe.

VII. pag. 795. e. τῆς ὀρχήσεως δὲ ἄλλη μὲν Μούσης λέξιν μιμουμένων (sc. ἐστὶ)
 τό, τε μεγαλοπρεπὲς φυλάττοντας ἅμα καὶ ἐλεύθερον, ἄλλη δὲ κ. τ. λ. De enallage
 casuum vid. not. ad V. p. 736. d.

VII. pag. 796. c. τοῖς δὲ που παισὶν εὐθύς τε καὶ ὅσον ἂν χρέονον μήπω εἰς
 πόλεμον ἴωσι πᾶσι θεοῖς προσόδους τε καὶ πομπὰς ποιουμένων μεθ' ὅπλων τε καὶ ἵππων αἰεὶ
 κοσμεῖσθαι δεόν ἂν εἴη. Hic quoque a dativo oratio ad acc. propter sequentem stru-
 cturam transiit. vid. supra III. p. 653. c.

VII. p. 797. b. κινούμενά δὲ τὰ αὐτὰ (τὰ παργνία) καὶ καινοτομούμενα
 μεταβολαῖς τε ἄλλαις αἰεὶ χρώμενα καὶ μηδέποτε ταῦτ' ἀφίλα προσαγορευόντων τῶν νέων
 μήτ' ἐν σχήμασι τοῖς τῶν αὐτῶν σωμάτων μήτε ἐν τοῖς ἄλλοις σκεύεσιν ὁμολογουμένως αὐτοῖς
 αἰεὶ κείσθαι τό τ' εὐσχημον καὶ ἄσχημον —, τούτου πόλει λάβην οὐκ εἶναι μείζω φαίμεν
 ἂν ὀρθότατα λέγοντες. Post participia κινούμενά καινοτομούμενα χρώμενα hic fere periodi
 exitus expectabatur: λάβη μεγίστη πόλεως ἐστίν. Cum vero genitivis absolutis προσ-
 αγορευόντων τῶν νέων infinitivus κείσθαι adjectus esset, quem audiendo ὥστε interpretari
 licet, structuræ mutatio quaedam necessaria facta est.

ib. e. et pag. 798. a. ὥστε εἴ τις ἀποβλέψει πρὸς σάματα, ὡς πᾶσι μὲν σιτί-
 οῖς, πᾶσι δ' αὖ ποτοῖς καὶ πόνοις ζηνήθη γιγνόμενα — ἀρίστα διάγει — ταῦτόν δὲ δεῖ
 νομίζειν τοῦτο γίνεσθαι καὶ περὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων διανοίας. Sequi debebat: ταῦτόν τοῦτο
 καὶ περὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων διανοίας γίνεσθαι πειθεῖν ἂν vel quid simile, sed longior
 periodus fecit, ut finis initio non accurate respondeat

VII. pag. 799. a. Ἐχει τις οὖν ἡμῶν ἐπὶ τὰ τοιαῦτα βελτίω τινὰ τέχνην τῆς
 τῶν Αἰγυπτίων; Ποίας δὲ λέγεις; Τοῦ καθιερωσαί πᾶσαν μὲν ὀρχησιν, πάντα δὲ μέλη,
 τάξαντας πρῶτον μὲν τὰς ἑορτὰς — μετὰ δὲ τοῦτο ἐπὶ τοῖς τῶν θεῶν θύμασιν ἐκάστοις
 ἢ ὀδὴν δεῖ ἐφομεῖσθαι καὶ χορείαις ποίαισι γενεῖσθαι τὴν τότε θύσαν, τάξαι μὲν πρῶτον
 τίνος, ἃ δ' ἂν ταχθῆ Μοῖραις καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι θεοῖς θύσαντας, κοινῇ πάντας τοὺς
 πολίτας σπένδοντας καθιερωῦν ἐκάστας τὰς ἁδὰς — ἂν δὲ παρ' αὐτὰ τις — ἄλλους ὕμνους ἢ
 χορείαις προσάγη, τοὺς ἱερέας — ἐξείργειν, τὸν δὲ ἐξεργόμενον — δίκας ἀσεβείας —
 παρέχειν. Multa in longiore hac periodo omisi, ut eius tenor facilius perspiceretur,
 qui hic esse debebat: «nulla ad hoc, quod spectamus praestantior est quam ars Aegy-
 ptiorum. Quanam? Ea, ut omnis saltatio omnisque cantus diis sacretur —, qui
 vero novare quid audeat, arceatur et impietatis reus agatur.» Omnes igitur infini-

tivi illi καθιερωσαι — ἐξεργειν — παρέχεν genitivi esse debebant, ut primus ille τοῦ καθιερωσαι vere est; alter τάξαι debebat esse participium, quod scriptor jam neglecto tenore orationis commutavit cum infinitivo, quasi hoc membrum primo illi τοῦ καθιερωσαι positum esset ἐκ παραλλήλου; quo facto qui jam sequuntur infinitivi omnes ex eo usu sunt accipiendi, quo in legibus scribendis Graeci infinitivo uti solent, qui ad imperativi vim proxime accedit.

VII. pag. 800. c. ἄρ' οὐκ ἂν φαίμεν, ἀθυμίαν καὶ κακὴν ὄτταν καὶ μαντείαν πατρὶ καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν οἰκείως φθέγγοιτο; E duabus formis conflatum hoc Astius dicit: ἄρ' οὐκ ἂν, φαμέν, φθέγγοιτο et ἄρ' οὐκ ἂν φαίμεν φθέγγεσθαι. Eodem redit, si anacoluthon vocaveris.

VII. pag. 806. a. b. ἢ τὸ τούτων δὴ διὰ μέσου φῶμεν, ᾧ Μέγιλλε, τὸ Λακωνικόν; κίρασ μὲν γυμνασίαν μετόχους οὔσας ἅμα καὶ μουσικῆς ζῆν δειν, γυναῖκας δὲ ἀργούσας μὲν ταλασίας, ἀσκητικὸν δὲ τινα βίον — διαπλέκειν, θεραπείας δὲ καὶ ταμείας αὐτῶν καὶ παιδοτροφίας εἰς τι μέσον ἀφικνεῖσθαι, — ὥστ' — οὐτ' ἂν τόξων — οὐτ' ἄλλης κοινωνῆσαι ποταβολῆς μετὰ τέχνης δυνάμεναι, οὐδὲ ἀσπίδα καὶ δόρυ λαβοῦσαι μιμήσασθαι τὴν θεόν, ὡς — ἀντιστάσας φόβον — πολεμίοισι δύνανθαι παρασχεῖν ἐν τάξει τινὶ κατοφθεΐσας; Anacoluthia huius loci in eo est, quod ab accusativis scriptor in interpositis enuntiatias post ὥστε delatus est in nominativos, post alterum ὡς ad accusativos rediit, quos in interpositis quoque enuntiatias tenere debuerat.

ib. e. οἷς ἀρχουσί τε καὶ ἀρχούσαις εἴη προστεταγμένα λύειν ταῦτα ἐκάστοις τὰ ζυσσῖτια, πάντα καθ' ἐκάστην ἡμέραν θεασαμένους καὶ ἰδόντας κ. τ. λ. cf. III. pag. 683. c.

VII. pag. 809. c. καὶ τοι τὰ μὲν περὶ τὸν πόλεμον — ἔχεις τῶν λόγων, τὰ δὲ περὶ τὰ γράμματα — ὅσα — ἀναγκαῖόν ἐστι περὶ ταῦτα πάση πάλει. τίνων δὴ πέρι, λέγομεν; Deest apodosis; recte Astio audiendum videtur: περὶ τούτων οὐχ ἰκανῶς ἔχεις.

VII pag. 810. e. κελεύεις γὰρ δὴ με, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, τῆς αὐτῆς ὁδοῦ ἐχθροποῦ γεγονούσας πολλοῖς, ἴσως δ' οὐκ ἐλάττωσιν ἑτέροις προσφιλῶς, εἰ δὲ ἐλάττωσιν, οὐκ οὐκ χεῖροσί γε, μεθ' ὧν διακελεύει με — πορεύεσθαι. Redintegratur oratio verbis μεθ' ὧν διακελεύει.

VII. pag. 811. c. νῦν γὰρ ἀποβλέψας πρὸς τοὺς λόγους, οὗς — διεληλύθαμεν ἡμεῖς, ὡς μὲν ἐμοὶ φαινόμεθα, οὐκ ἄνευ τινὸς ἐπιπινοίας θεῶν, ἔδοξαν δ' οὖν μοι κ. τ. λ. vid. III. 686. d. VI. 769. c. VII. 817. d.

VII. pag. 812. d. Τούτων τοίνυν δεῖ χάριν τοῖς φθόγγοις τῆς λύρας προσχερῆσαι σαφηνείας ἕνεκα τῶν χορδῶν τὸν τε κιθαρῖστην καὶ τὸν παιδευόμενον ἀποδιδόντας πρόσχορδα τὰ φθέγματα τοῖς φθέγμασι, τὴν δ' ἑτεροφωνίαν καὶ ποικιλίαν τῆς λύρας, ἄλλα μὲν

μέλη τῶν χορδῶν ἰεῖσῶν, ἄλλα δὲ τοῦ τὴν μελωδίαν ζυθέντος ποιητοῦ, καὶ δὴ καὶ πυκνότητα μανότητι — ζύμφωνον καὶ ἀντίφωνον παρεχομένους καὶ τῶν ῥυθμῶν ὡσαύτως παντοδαπά ποικίλματα προσαρμόττοντας τοῖσι φθόγγοις τῆς λύρας, πάντα οὖν τὰ τοιαῦτα μὴ προσφέρειν κ. τ. λ. Recte hujus periodi structura procedit: δεῖ τὸν κιδασιστὴν καὶ τὸν παιδευόμενον — προσφέρειν — τὴν δ' ἑτεροφωνίαν — μὴ προσφέρειν, exceptis participiis παρεχομένους — προσαρμόττοντας, quae aut infinitivi τὸ παρέχεσθαι — τὸ προσαρμόττειν, ut Astius dicit, aut genitivi absoluti, quales antecesserunt ἰεῖσῶν — ζυθέντος, esse debebant, a scriptore autem ad superius participium ἀποδιδόντας, neglecta orationis consequentia, adjecta sunt.

VII. pag. 813. b ἡμεῖς δὲ ὀρχήσεάς τε πέρι καὶ ὅλης τῆς περὶ τὸ σῶμα γυμναστικῆς πρὸς τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις ἀποδῶμεν, καθάπερ μουσικῆς τὸ διδασκαλικὸν ὑπόλοιπον ἐν ἀπέδομεν, ὡσαύτως ποιῶμεν καὶ γυμναστικῆς. vid. spec. I p. 10 seqq. ad Protag. 316. c. d.

VII. pag. 815. a τὴν πολεμικὴν — πυρρίχην ἂν τις ὀρθῶς προσαγορεύοι, τὰς τε εὐλαβείας πατῶν πληγῶν — μιμουμένην καὶ τὰς ταύταις ἐναντίας (κινήσεις) τὰς ἐπὶ τὰ δραστηκὰ φερομένας αὐτὰ σχήματα ἐν τε ταῖς τῶν τόξων βολαῖς καὶ ἀκοντίων καὶ πασῶν πληγῶν μιμήματα ἐπιχειρούσας μιμεῖσθαι. Postrema μιμήματα ἐπιχειρούσας μιμεῖσθαι abesse debebant; omnia enim pendent e participio μιμουμένην, sed initii oblitus scriptor ea participio φερομένας cum negligentia quadam abundantia addidit.

VII. pag. 817. d. νῦν οὖν, ᾧ παῖδες μαλακῶν Μουσῶν ἐκγονοί, ἐπιδείξαντες τοῖς ἀρχουσι πρῶτον τὰς ἡμετέρας παρὰ τὰς ἡμετέρας ἡδῶς, ἂν μὲν τὰ αὐτὰ γε ἢ καὶ βελτίω τὰ παρ' ὑμῶν φαίνεται λεγόμενα, δάσομεν ὑμῖν χορὸν κ. τ. λ. vid. III. pag. 686. d.

VII. pag. 818. b. οὐδὲ θεὸς ἀνάγκη μὴ ποτε φανῆι μαχόμενος, ὅσαι θεοὶ γε, οἶμαι, τῶν [τε] ἀναγκῶν εἰσίν, ἐπεὶ τῶν γε ἀνθρώπων, εἰς ἃς οἱ πολλοὶ βλέποντες λέγουσι τὸ τοιοῦτον, οὗτος πάντων τῶν λόγων εὐθέστατός ἐστι μακρῶ. Genitivus τῶν γε ἀνθρώπων in seqq. aliam structuram posebat, velut αἱ ὀλίγισται τοιαῦτα εἰσιν vel simile quid; sed ob enuntiatum interpositum λέγουσι τὸ τοιοῦτον, structuram et sententiam scriptor paullulum immutavit.

VII. pag. 819. d. μετὰ δὲ ταῦτα ἐν ταῖς μετρήσεσιν ὅσα ἔχει μήκη καὶ πλάτη καὶ βάθη, περὶ ἅπαντα ταῦτα ἐνοῦσαν τινὰ φύσει γελοῖαν τε καὶ αἰσχρὰν ἀγνοίαν ἐν τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι, ταύτης ἀπαλλάττουσι. Accusativos absolutos verba ἐνοῦσαν — ἀγνοίαν Astius dicit, quos genitivus ταύτης excipiat; rectius omnia ejus generis ad anacoluthiam referri mihi videntur, aliter scriptore structuram incipiente, aliter concludente.

VII. pag. 822. b. ταῦτ' οὖν εἰ πέφυκε μὲν οὕτως, ἡμεῖς δὲ μὴ ταύτη δόξομεν, εἰ μὲν ἐν Ολυμπίᾳ θεόντων ἵππων οὕτως ἢ δολιχοδρόμων ἀνδρῶν διανοούμεθα πέρι, καὶ προηγορεῖσθαι τὸν τάχιστον μὲν ὡς βραδύτατον, τὸν δὲ βραδύτατον ὡς τάχιστον —, οὔτε ἄρθως ἀν' οὗτ' αἶμαι προσφιλῶς τοῖς δρομεῦσιν ἡμᾶς ἀν' τὰ ἐγκώμια προσάπτειν ἀνθρώποις οὔσι· νῦν δὲ δὴ περὶ θεοῦ τὰ αὐτὰ ταῦτα ἐξαμαρτανόντων ἡμῶν ἄρ' οὐκ οἴομεθα γελοῖόν τε καὶ οὐκ ἄρθως [ὁ Ast.] ἐκεῖ γιγνόμενον ἦν ἀν' τότε, νῦν ἐνταυθοῖ καὶ ἐν τούτοισι γιγνεσθαι; ΚΛ. Γελοῖον μὲν οὐδαμῶς. AΘ. οὐ μὴν οὐδὲ θεοφιλές γε κ. τ. λ. Postrema periodi verba conjecturae ope indigere accuratius inspicienti facile patebit; mihi Astii ὁ post ἄρθως insertum, quod facile excidere potuit, magis placet, quam idem ὁ post οἴομεθα insertum, quam Orellius medicinam adhibuit. Sed non propterea locum huc retuli; anacoluthia inest in disjunctione prioris membri: ταῦτ' οὖν εἰ πέφυκε μὲν οὕτως, ἡμεῖς δὲ μὴ ταύτη δόξομεν, εἰ μὲν ἐν Ολυμπίᾳ κ. τ. λ. et alterius: νῦν δὲ δὴ περὶ θεοῦ κ. τ. λ. Haec enim conjungi debebant, apodosisque conjunctis talis fere erat addenda: γελοῖόν τε καὶ οὐκ ἄρθως ποιήσομεν vel quae similis; quae enim interposita sunt, ea omnia ad praeparandam tantum hujusmodi apodosin valent; nunc vero, quasi per se sententiam habeant, quae huc pertineat, pari cum primis ordine collocata et quasi ad finem perducta sunt: εἰ μὲν — διανοούμεθα — οὐκ ἄρθως ἀν' αἶμαι — τὰ ἐγκώμια προσάπτειν, quum ipsa haec apodosis ad protasin pertineat totius periodi, cujus tenor (liceat mihi patrio uti sermone) talis fere sit: wenn nun dies sich so verhält, wir aber es anders denken, so werden wir, wenn wir doch, im Fall wir zu Olympia so etwas thäten, weder rechtes noch angenehmes Lob austheilen, Lächerliches und Verkehrtes durch solche Verirrung in Betreff der Götter thun. Sed oratio putide languescens periodi anacoluthiae causam probabilem ipsa non obscure prodit.

VII. pag. 823. d e. ᾧ φίλοι, εἰθ' ὑμᾶς μήτε τις ἐπιθυμία μήτ' ἕξως λάβοι — τῆς τῶν ἐνδύρων ζώων θήρας, μήτε ἐξηγηγοῦσι μήτε εὐδοῦσι κύρτοις ἀργὸν θήραν διαπονουμένοις. Rursus ab acc. per sermonis quandam negligentiam ad dativum oratio defluxit.

VIII. pag. 828. a. Τούτων μὴν ἐχόμενά ἐστι τάξασθαι μὲν καὶ νομοθετήσασθαι ἐορτὰς μετὰ τῶν ἐκ Δελφῶν μαντείων, αἵτινες θυσίαι καὶ θεοῖς οἴστισιν ἄμενον καὶ λῶον θυσίᾳ τῇ πόλει γίγνοιτ' ἀν'. Sic Bekk. et Turicensis; Astius cum Stephano γίγνοιτ' ἀν'. Utrocunque modo leges, structura sibi non constabit; αἵτινες θυσίαι poscit pluralem, ἄμενον καὶ λῶον singularem; sunt igitur duo enuntiata in unum contracta: αἵτινες θυσίαι — θύσιντ' ἀν' et ἄστινας θυσίας θυσίᾳ τῇ πόλει ἄμενον καὶ λῶον γίγνοιτ' ἀν'.

VIII. pag. 828. b. c. ὁ μὲν γὰρ δὴ νόμος ἐρεῖ δώδεκα μὲν ἑορτὰς εἶναι τοῖς δώδεκα θεοῖς ὧν ἂν ἡ Φυλὴ ἐκάστη ἐπάνυμος ἦ, θύοντας τούτων ἐκάστοις ἔμμηνα ἱερά — προσνέμοντας — διανέμοντας. Perrexit scriptor quasi non scripsisset ἑορτὰς εἶναι, sed ἑορτάζειν δεῖν aud. τοὺς πολίτας. cf. V. 745. b. et mox p. 833. e.

VIII. pag. 829. d. κρίσις δὲ αὐτῶν ἔστω παρὰ τε τῷ παιδευτῇ καὶ τοῖς ἄλλοις νομοφύλαξι, τοῦτο ἀποδιδόντων αὐτοῖς γέρας. cf. VI. 755. d.

VIII. pag. 830 extr. ὅπως μὴ παντάπασιν ἄφοβος ἢ πρὸς ἀλλήλους παιδιὰ γιγνηται, δειμάτα δὲ παρέχη καὶ τινα τρόπον δηλοῖ τὸν τε εὐψυχον καὶ τὸν μή, καὶ τοῖς μὲν — διανέμων — τὴν πόλιν ὅλην — παρασκευάζη χρησίμη. Structura ad superius subjectum ὁ νομοθέτης in participio διανέμων rediit, etsi proxime femininum παιδιὰ antecessit.

VIII. pag. 833. d. e. Καὶ τὰ μὲν περὶ δρόμους ἀνδράσι τε καὶ γυναίξι ταῦτα ἔστω. τὰ δὲ κατ' ἰσχὺν ἀντὶ μὲν πάλης καὶ τῶν τοιούτων — τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις μάχην (θήσασμεν ex superioribus petendum) ἕνα πρὸς ἕνα διαμαχομένους — διαμιλλωμένους. cf. paulo superius p. 828. b. c.

VIII. pag. 840. a. Ἄρ' οὖν οὐκ ἴσμεν τὸν Ταρραντῖνον Ἴκκον ἀκοῆ διὰ τὸν Ὀλυμπιασιν ἀγῶνα καὶ τοὺς τε ἄλλους, ὧν διὰ φιλονεικίαν καὶ τέχνην καὶ τὸ μετὰ τοῦ σωφρονεῖν ἀνδρεῖον ἐν τῇ ψυχῇ κεκτημένος, ὡς λόγος, οὔτε τινὸς πάποτε γυναῖκός ἤψατο κ. τ. λ. Anacoluthia satis dura in hoc loco inest. Incipit oratio a structura participiali ἄρ' οὐκ ἴσμεν τὸν Ταρρ. Ἴκκον, quae verba sequi debebat participium ἀψάμενον: sed enuntiato relativo ὧν διὰ φιλονεικίαν i. e. in quibus ut certare et victoriam reportare posset, ut recte interpretatur Astius, ita in orationem directam scriptor delatus est, ut et participium κεκτημένος in nominativo casu poneret et loco alterius participii ad Ἴκκον pertinentis totum enuntiatum verbo finito clauderet: ὧν διὰ φιλονεικίαν — ἤψατο. Contra in Apologia p. 37. b. (vd. spec. I p. 22.) structuram a particula ὅτι incipientem vertit in participialem: ὧν εὖ εἶδ' ὅτι κακῶν ὄντων ubi vd. not.

VIII pag 841. d. e. ἢ τὸ μὲν τῶν ἀρρένων (ἔρωτικόν) πάμπαν ἀφελόμεθ' ἂν, τ' δὲ τῶν γυναικῶν, εἴτις τινὶ συγγίγγοιτο πλὴν ταῖς μετὰ θεῶν καὶ ἱερῶν γάμων ἐλθούσαις εἰς τὴν οἰκίαν — τάχ' ἂν ἄτιμοι αὐτὸν τῶν ἐν τῇ πόλει ἐπαίων νομοθετοῦντες ἔρθῶς ἂν δόξαιμεν νομοθετεῖν. Incipit structura alterius membri τὸ δὲ τῶν γυναικῶν convenienter cum priore τὸ μὲν τῶν ἀρρένων, sed inchoata ad finem propter ea, quae addita sunt, perducere non potuit; quare accusativo illo derelicto, apodosis ad enuntiatum hypotheticum εἴ τίς τινὶ συγγίγγοιτο accommodatur: τάχ' ἂν αὐτὸν ἄτιμοι νομοθετοῦντες ἔρθῶς ἂν δόξαιμεν νομοθετεῖν.

VIII. pag. 844. c. εὐάν δὲ ἐκ Διὸς ὕδατα γιγνόμενα τὸν ἐπάνω γεωροῦντα — βλάβη τις — ἢ τὸναντίον ὁ ἐπάνω — βλάβη τὸν κάτω — τὸν ἀγροῦνον ἐπάγων ὁ βουλούμενος ταξάδω κ. τ. λ. Nominativi absoluti, quos vocant, sunt verba ἐκ Διὸς ὕδατα γιγνόμενα, i. e. hujus casus ratione non habita scriptor in seqq. structuram commodiorem intulit. cf. infra p. 850. c.

VIII. pag. 848. d. ἐν τῇ κόμῃ δὲ ἐκάστη πρῶτον μὲν ἱερά καὶ ἀγορὰν ἐξηρῆσαι (χρη) θεῶν τε καὶ τῶν ἐπομένων θεοῖς δαιμόνων, εἴτε τινὲς ἔντοποι Μαγνήτων εἴτ' ἄλλων ἰδρύματα παλαιῶν μνήμη διασσωμένων εἰσί, τούτοις ἀποδιδόντας τὰς τῶν πάλαι τιμαῖς ἀνθρώπων, Ἐστίας δὲ καὶ Διὸς — ἱερά πανταχοῦ ἰδρύσασθαι. vid supra V. p. 745. b.

VIII. pag. 849. c. καπηλείας δὲ τούτων ἢ κρηθῶν ἢ πυρῶν εἰς ἀλφίτα νεμηθέντων ἢ καὶ τὴν ἄλλην ζύμπασαν τροφὴν ἀστοῖς μὲν καὶ τούτων δούλοις μήτε τις πωλείτω μήτε ἀνείδω παρὰ τοιούτου μηδεὶς μηδενός. Acc. καπηλείας in seqq. derelinquitur, quia structura, ut erat instituta, ita ad finem perduci commode non potuit.

VIII. pag. 850. c. vid. spec. I. pag. 20.

IX. pag. 853 a. τὰ δὲ μέγιστα οὔτε εἴρηται πω, καθ' ἐν ἑκαστὸν τε λεγόμενον ἐξηρῆν, ἢν δεῖ λαμβάνειν αὐτὸ τιμαρίαν καὶ τίνων ποτὲ διαστώων τυγχάνειν, μετ' ἐκεῖν αὐτὰ ἐξῆς ταῦτα ἐρτέον. Si locus sanus sit, (tenent lectionem supra positam libri scripti omnes,) verba καθ' ἐν ἑκαστὸν τε λεγόμενον ἐξηρῆν nominativi absoluti et sic fere interpretandi esse videantur: et cum singula quaeque nominatim enarrata erunt, deinceps illud ipsum dicendum est quam poenam cet. Sed ipse nec lectionis integritatem nec interpretationis veritatem affirmem.

IX. pag. 855. c. θάνατον δὲ ἢ δεσμούς ἢ πληγὰς — ἢ χρημάτων καθάπερ ἔμπροσθεν εἴπομεν ἐκτίσεις γίνεσθαι δεῖν, τὴν δίκην ταύτην γιγνέσθω. Tenuerunt hanc librorum lectionem Steph. Bekk. Turicenses; quae si sana sit, durissimi generis fuerit anacoluthon, ut, imperativo posito pro infinitivo eo, qui in legum decretorumque formulis illius vim habet, ambo modi velut in unam structuram hic coacti esse videantur.

IX. pag. 860. e. τίνα οὖν αὖ τρόπον ἔγωγε ζυμφωνοίην ἂν τοῖς ἑμαυτοῦ λόγοις, εἰ με ἐρωτᾶτε, εἰ δὴ ταῦτα οὕτως ἔχοντά ἐστιν, ᾧ ζένε, τί συμβουλευεῖς κ. τ. λ. Responsum, quod ad τίνα οὖν — λόγοις pertineat, ob multa, quae verbo ἐρωτᾶτε adjecta sunt, non sequitur.

IX. pag. 861. b. ἀρ' οὖν περὶ τὴν τούτων ἀπορίαν οὐτ' ἐξευπορήσαντες οὔτε διοριστάμενοι τί ποτ' ἐστὶ ταῦτα — ὁ δὲ παρ' ἡμῶν νῦν δὴ ἐρηθεῖς λόγος — ἀπαλλάσσεται κ. τ. λ. Structura ita mutatur, ut nominativi participiorum absoluti relinquuntur.

IX. pag 862. a. *πολλάκις δὲ ὠφέλειαν οὐκ ὀρθὴν γιγνομένην τὸν τῆς ὠφελείας αἴτιον ἀδικεῖν φήσομεν, εἰάν ἢ γε ἐμὴ νικᾷ.* Sunt quidem hi quoque accusativi absoluti, ita tamen, ut structuram antecedentibus congruentem in seqq. derelictam putare debeamus

ib. b. c. *καὶ τὸ μὲν βλαβὲν ὑγιᾶς τοῖς νόμοις εἰς τὸ δυνατόν ποιητέον, τότε ἀπολόμενον σώζοντα καὶ τὸ περὶν ὑπὸ τοῦ πάλιν ἐξορθοῦντα καὶ τὸ θανατωθὲν ἢ τραπὲν ὑγιᾶς, τὸ δὲ ἀποίνοις ἐξίλασθὲν τοῖς δρᾶσι καὶ πάσχοσι ἐκάστας τῶν βλάψων ἐκ διαφοράς εἰς Φιλίαν πειρατέον ἀεὶ καθιστάναι τοῖς νόμοις.* Astius locum corruptum putat, item Winckelmannus; Bekkerus et Turicenses verba, ut dedi, intacta reliquerunt. Mihi quoque explicari posse videntur, ut nunc leguntur. Accusativi participiorum σώζοντα ἐξορθοῦντα verbali ποιητέον rite se adiungunt, verba τὸ θανατωθὲν ἢ τραπὲν ὑγιᾶς, τὸ δὲ ἀποίνοις ἐξίλασθὲν per chiasmum sibi respondent, et ante ὑγιᾶς auditur, ut fit, τὸ μὲν: ex verbali ποιητέον autem ad ὑγιᾶς et ἐξίλασθὲν audiendus est accusativus participii ποιῶντα, in qua ellipsi tota loci anacoluthia posita est.

IX. pag. 863. e. *τὴν γὰρ τοῦ θυμοῦ καὶ φόβου καὶ ἠδονῆς — τυραννίδα — ἀδικίαν προσαγορεύω, τὴν δὲ τοῦ ἀρίστου δόξαν, ὅπῃπερ ἂν ἔσεσθαι τούτων ἠγήσονται πόλις εἴτε ἰδιῶται τινες, εἰάν αὐτὴ κρατοῦσα ἐν ψυχῇ δικαιοσύνῃ πάντα ἄνδρα, καὶ σφάλῃται τι, δίκαιον μὲν πᾶν εἶναι φατέον τὸ ταύτῃ πραχθὲν.* Renovant verba τὸ ταύτῃ πραχθὲν accusativum τὴν δὲ τοῦ ἀρίστου δόξαν: inde paullulum variata praedicati forma, quod simplici accusativo δικαιοσύνην φατέον enuntiandum erat. De ceteris vid. Astii expl. h. l.

IX. p. 872. c. d. *Ἐάν δὲ δὴ γίγνηται, ἐφ' οἷσι καὶ νομοθετεῖν δεῖν καὶ οὐδαμῶς προσφίλης, μὴ νομοθετεῖν δὲ ἀδύνατον, ζυγγενῶν αὐτὸ χειρας φόνους ἢ δι' ἐπιβουλεύσεως γιγνομένους ἐκουσίους τε καὶ ἀδίους πάντας, οἱ — γίγνονται, γέγοντο δ' ἂν πού τι καὶ ἐν ἢ μήποτε τις ἂν προσδοκῆσαι χάραξ λέγειν μὲν δὴ χρεῶν αὐτῶν πάλιν κ. τ. λ.* Duplex in hoc loco est anacoluthia; primum post γίγνηται positus est acc. φόνους, quasi obliqua structura, velut εἰάν δὲ ζυμβῆ γενέσθαι vel simile quid, antecesserit; deinde λέγειν μὲν δὴ χρεῶν, re vera quidem apodosis est ad εἰάν δὲ γίγνηται pertinens, forma tamen non est apodosis, sed orationis denovo incipientis

IX. p. 877. e. *ὅταν οὖν τις ἅμα δυστυχηθῇ καὶ ἀσεβηθῇ τῶν οἰκῶν, ὥστε τὸν κερτημένον ἐν αὐτῷ παῖδας μὲν μὴ καταλιπεῖν, ἠΐθεον δὲ ἢ καὶ γεγαμηκότα ἀπαῖδα τελευτήσασαι φόνου ὀφλόντα ἐκουσίους ἢ τινος ἀμαρτήματος ἄλλου — ὧν ἂν θάνατος ἐν τῷ νόμῳ ζημία διαβρῆθῃ ἢ κειμένη, ἢ καὶ ἐν ἀειφυγία τις φεύγη κ. τ. λ.* Postremum enuntiatum ἢ καὶ ἐν ἀειφυγία τις φεύγη non primo ὅταν τις — ἀσεβηθῇ τῶν οἰκῶν adjungi debebat, sed aut alteri ὥστε — τελευτήσασαι, aut enuntiato relativo ὧν ἂν θάνατος ζημία ἢ, cui simpliciter addendum erat ἢ καὶ ἀειφυγία, sed paullo solutiore structura usus scriptor primo ἐκ παραλλήλου posuit.

X. pag. 885. c. vid. spec. I. pag. 6.

X. pag. 886. d. ἐμοῦ γὰρ καὶ σοῦ ὅταν τεκμήρια λέγωμεν ὡς εἰσὶ θεοί, ταῦτα αὐτὰ προφέροντες ἥλιόν τε καὶ σελήνην καὶ ἄστρα καὶ γῆν ὡς θεοὺς καὶ θεῖα ὄντα, ὑπὸ τῶν σοφῶν τούτων ἀναπεπεισμένοι ἂν λέγοιεν ὡς γῆν τε καὶ λίθους ὄντα αὐτὰ κ.τ.λ. Particinium προφέροντες adjungi debebat genitivis ἐμοῦ καὶ σοῦ, sed proximum verbum illud quasi attraxit. In seqq. eandem reperimus structuram ὡς — ὄντα, quae alias verba cogitandi διανοεῖσθαι, ἐννοεῖν all. sequi solet.

X. pag. 890. b. c. τί οὖν οἷε χρῆναι δεῖν τὸν νομοθέτην, οὕτω τούτων πάσαι παρεσκευασμένων; ἢ μόνον ἀπειλεῖν — τοῖς ἀνθρώποις, ὡς, εἰ μὴ φήσουσιν εἶναι θεοὺς — οἷους φησὶν ὁ νόμος, καὶ περὶ καλῶν καὶ δικαίων — ὁ αὐτὸς λόγος, ὅσα τε πρὸς ἀρετὴν τείνει καὶ κακίαν, ὡς δεῖ ταῦτα οὕτω πράττειν, ὅσηπερ ἂν ὁ νομοθέτης ὑψηλήσῃται γράφων· ὅς δ' ἂν μὴ παρέχῃται ἑαυτὸν τοῖς νόμοις εὐπειθεῖ, τὸν μὲν δεῖν τεθνάναι, τὸν δὲ — πενίας κολάζεσθαι καὶ φυγαῖς· πειθῶ δὲ τοῖς ἀνθρώποις — μηδεμίαν ἔχειν κ.τ.λ. Deest in longiore hac periodo verbum finitum, quod ad particulam ὡς ante εἰ μὴ φήσουσι positam pertineat, cujus loco in seqq. sunt infinitivi τὸν μὲν δεῖν τεθνάναι τὸν δὲ κολάζεσθαι, pendentes ex ὡς δεῖ, quod ipsum pendet ex ὁ αὐτὸς λόγος, quae verba orationem ita redintegrant, ut initii ὡς εἰ μὴ φήσουσι nulla jam ratio habeatur.

X. pag. 902. d. vid. spec. I. pag. 7.

XI. pag. 920. b. ταύτη δὴ τὰ περὶ τὴν καπηλείαν πολλὴν οὔσαν καὶ πολλὰ ἐπιτηδεύματα τοιαῦτα κεκτημένην ὅσαπερ ἂν λειψῆ ὀξείαντα — ἐν τῇ πάλαι δεῖν εἶναι, ξυνελθεῖν αὖ χρεῶν περὶ ταῦτα τοὺς νομοφύλακας κ.τ.λ. Ob multa illa, quae notioni καπηλείας adjunguntur, quibus, quod de ipsa dicendum erat, jam continetur, structuram, quam inchoavit: ταύτη δὴ τὰ περὶ τὴν καπηλείαν, scriptor non persequitur, velut verbis πολλὰ καὶ παντοῖα ὄντα· deinde verbis περὶ ταῦτα eam redintegrat, ut nominativus ille τὰ περὶ τὴν καπηλείαν sive accusativus (res enim eodem redit) absolutus relinquatur.

XI. pag. 921. d. ὡς δὲ ἐν παρέργῳ περὶ τῶν κατὰ πόλεμον δημιουργῶν ὄντων σωτηρίας — δίκαιον εἰπεῖν, ὅτι τὸ παράπαν ἐμνήσθημεν δημιουργῶν, ὡς τούτοις αὖ κατὰ πρὸς ἐκείνοις οἷον ἑτέροις οὔσι δημιουργοῖς. Non dixerim dativos hos loco genitivorum absolutorum esse positos, sed per negligentiam quandam infinitivo εἰπεῖν esse adjectos.

XI. pag. 926. c. Ἐάν τινες ἄρα περὶ διαθήκης ἐγκαλῶσι τοῖς κειμένοις νόμοις, — ἢ μὴν παρόντα καὶ ζῶντα αὐτὸν τὸν νομοθέτην μήποτ' ἂν ἀναγκάσαι πράττειν οὕτω, μηδὲ γῆμαι μηδὲ γήμασθαι τοὺς νῦν ἂν ἀναγκαζομένους ἐκάτερα δεῖν, ὁ δὲ τις τῶν οἰκείων ἢ τις ἐπίτροπος φῆ, διαιτητὰς φάναι καὶ πατέρας τοὺς πεντεκαίδεκα τῶν νομοφυλάκων καταλιπεῖν

τοῖς ὀρφανοῖς καὶ ὀρφαναῖς τὸν νομοθέτην· πρὸς οὓς ἐπανιόντες δικαζέσθω οἱ ἀμφισβητοῦν-
τες κ. τ. λ. Commate post Φῆ posito haec sic accipio: «si qui legem de testamento
vituperent, — dicentes ipsum legumlatorem, si viveret et praesens adesset, non
coacturum ita facere, neque uxorem ducere neque nubere, qui nunc cogantur, co-
gnatorum vero aliquis vel tutor ita faciendum esse dicat (Φῆ); dicant (Φάνας)
arbitros et patres esse quindecim illos legum custodes orbis a legumlatore relictos: ad
quos accedentes litem agant cet.» Ita neque Astii correctione πρὸς τούτους opus est,
neque intolerabilis ταύτολογία Φῆ Φάνας manet, quam Astii reliquorumque edito-
rum interpretatio postulat, ne dicam de sententia minus apta, si cum illis interpreteris:
«si tutor dicat se putare legumlatorem, quindecim legum custodes arbitros et pa-
tres orbis reliquisse» Tutor postulat, opinor, ut res ex lege fiat; orbi obsequi nolen-
tes ad legum custodes, qui ejus rei sint arbitri ipsorumque quasi patres, provo-
cant, idque ut ita liceat, ipsa hac altera lege sancitur.

XI. pag. 927. b. πρῶτον μὲν τοὺς θεοὺς φοβείσθω, — εἶτα τὰς τῶν κεκημημένων
ψυχάς, — ἔτι δὲ τὰς τῶν ζώντων μὲν, ἐν γῆρα δὲ ὄντων καὶ ἐν μεγίσταις τιμαῖς, ὅπουπερ
πόλις εὐνομοῦσα εὐδοκιμῆ, τούτους οἱ παῖδες παίδων φιλοστοργοῦντες ζῶσι μεθ' ἡ-
δονῆς. Claudicant postrema nec cum cetera structura conveniunt. Est tamen eadem
verborum conformatio, quam, etsi minus duram, saepissime jam invenimus, ut in
eodem circuitu ad unum quoddam enuntiatum simul duo referantur, et antecedens
aliquod et consequens; quam structuram uberius in spec. I. p. 10. sqq. tractavi.

VI. pag. 927. d. τὴν δὲ ἄλλην νομοθεσίαν ἐπιτρόποισί τε περὶ ὀρφανούσ' ἀρ-
χουσί τε περὶ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἐπιτρόπων, εἰ μὲν δὴ (lege μὴ) παράδειγμα τι τροφῆς —
εἶχον, εἶχέ τινα λόγον ἂν ἐπιτροπικούς τινες νόμους — τιθέναι Accusativus ille τὴν δὲ
ἄλλην νομοθεσίαν — ἐπιτρόπων in seqq. non habet, unde pendeat, quia inde ab εἰ
μὲν δὴ (μὴ) — oratio ita formata est, ut extrema periodus ad proxima tantum, non
ad ipsum initium aptari potuerit.

XI. pag. 931. b. Οἰδίπους, φάμεν, ἀτιμαδεῖς ἐπέυξατο τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις —
—, Ἀμύντορά τε Φοῖνικί τῶ ἑαυτοῦ ἐπαρᾶσαι παιδί κ. τ. λ. Levissima anacoluthia
in eo posita, quod φάμεν primum interjectum est orationi directae, Οἰδίπους ἐπέυ-
ξατο, deinde in altero membro verbum regens factum acc. c. inf. sibi adjunxit.

XI. pag. 931. c. μὴ δὴ τις ἀτιμαζομένη μὲν διαφερόντως πατρί — θεὸν ἐπήκοον ἐν
εὐχαῖς ἡγεῖσθω γίγνεσθαι κατὰ φύσιν, τιμωμένῳ δὲ ἄρα καὶ περιχαρεῖ σφόδρα γενομέ-
νω καὶ — παρακαλοῦντος θεούς, οὐκ ἄρα τὰ τοιαῦτα ἀκούειν αὐτοὺς ἡγησόμεθα; In
altero orationis membro structura, quae pariter atque in priore a dativo ince-

perat, ob aliam praedicati formam, i. e. ob verbum ἀκούειν in genitivum transit. Praeterea in eodem altero membro oratio in interrogationem cum ironia dubitantem (ἀρα) mutatur. cf. spec. I. p. 22. ibiq. notata.

XI. pag. 933. a b. ταῖς δὲ ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων δυσωπούμενους πρὸς ἀλλήλους περὶ τὰ τοιαῦτα οὐκ ἄξιον ἐπιχειρεῖν πείθειν, ἂν ποτε ἀρα ἴδωσί που κήρινα μιμήματα πεπλασμένα, — ὀλιγορεῖν πάντων τῶν τοιούτων διακελεύεσθαι μὴ σαφὲς ἔχουσι δόγμα περὶ αὐτῶν. Unus Bekkerus locum prorsus intactum reliquit, Astius πείθειν ejici jubet, Turicenses e duobus codd. Bekk. δυσωπούμεναις dederunt. Erraverim igitur, si erro, cum Bekkero, sanum locum putans. Est autem ex numero locorum liberrimae sive mavis maxime neglectae structurae. Acc. δυσωπούμενους ob sequens πείθειν positus est, dat. ταῖς δὲ ψυχαῖς ex verbo ἐπιχειρεῖν pendet, hac sententia: nihil juvat animis hominum operam dare, ut inter se suspicantibus de his rebus persuadeas. Saepius enim ἐπιχειρεῖν cum dativo ita ponitur, v. c. Phaedr. p. 273. c. πῶς δ' ἂν ἐγὼ τοιοῦδε τοιοῦδε ἐπιχείρησα; Deinde infinitivus πείθειν adjectus est, ut, quid illud ἐπιχειρεῖν significat, indicetur, e quo acc. δυσωπούμενους recte pendet; denique infra loco verbi πείθειν repetitur verbum διακελεύεσθαι, cum quo dativus ab initio positus optime concinit. Sed ipse ἐπιχειρήσα μόνον ταῦτα οὕτως ἐξηγήσασθαι; meliora docentibus me gratiam habiturum polliceor.

XI. pag. 937. e. ταῦτα οὖν τοιαῦτα ὄντα, διαβολὴ τις κακὴ, καλὸν ὄνομα προστησαμένη τέχνην, ἢ πρῶτον μὲν δὴ φησιν εἶναι τινα δικῶν μηχανήν, εἶναι δ' αὐτὴν τῶν τε δικάσασθαι καὶ ξυνοδικεῖν ἀλλῶν νικῶν δυναμένην, ἂν τ' οὖν δίκαια ἂν τε μὴ τὰ περὶ τὴν δίκην ἐκάστην ἢ πεπραγμένα δῶρεάν δ' αὐτῆς εἶναι τῆς τέχνης καὶ τῶν λόγων τῶν ἐκ τῆς τέχνης, ἂν ἀντιδωρῆται τις χεῖρα. Haec lectio si vera est, (nec cuiquam, opinor, placebit Turicensium ex uno cod. recepta lectio διαβάλλει,) duo in hac periodo sunt notanda: primum illa ταῦτα οὖν τοιαῦτα ὄντα nihil sequitur, quocum cohaereant; sunt igitur absolute posita; deinde nominativus διαβολὴ τις κακὴ etiam verbo suo i. e. praedicato caret, unde etiam illa ταῦτα τοιαῦτα ὄντα pendeant, v. c. ἀπόλλυσι vel διαφθείρει, ut duae hae anacoluthiae ad unam eandemque redeant. Deest autem vel deesse certe et omitti potuit ejusmodi praedicatum, quia enuntiata relativa voci διαβολή annexa omnia fere complecterentur, quae de ea dicenda essent.

XII. pag. 941. d. δίκης οὖν οὐδέτερον οὐδέτερον ἐλάττονος ἕνεκα μεγέθους τοῦ κλέμματος ὁ νόμος ἀξιοῖ ζημιοῦν κ. τ. λ. Duarum structurarum σύγχυσιν Astius hanc dicit: alterius ὁ νόμος οὐδέτερον ἀξιοῖ δίκης ἐλάττονος οὐδέτερου (i. e. quam alterum, ex nota graeci sermonis proprietate); alterius ὁ νόμος ἀξιοῖ ζημιοῦν οὐδέτερον ἐλάττονον δίκην οὐδέτερου; ego dixerim potius structuram recte procedere usque ad verbum ἀξιοῖ, cui ex more

infinitivus ζημιούν quasi abundans additus sit, ut in Critone p. 52. b. οὐδ' ἐπιθυμία σε ἄλλης πόλεως οὐδ' ἄλλων νόμων ἔλαβεν εἰδέναι.

XII. pag. 944. b. ἔτι δὲ ὅπσοι κατὰ κρημῶν ξιφέντες ἀπόλεσαν ὄπλα ἢ κατὰ θάλατταν ἢ χειμῶνων ἐν τόποις — ἢ μυρί' ἂν ἔχοι τις τὰ τοιαῦτα παραμυθούμενος ἐπάδειν εὐδιάβολον κακὸν καλλύνων. vid. spec. I. p. 23.

XII. pag. 948. e. νόμος δὴ κείθω δικαστὴν μὲν ὀμνύσαι δικάζειν μέλλοντα, καὶ τὸν τὰς ἀρχαῖς τῶ κοινῷ καθιστάντα δι' ἕρκων ἢ διὰ φορᾶς ψήφων ἀφ' ἱερῶν φέροντα δεῖν δεῖ τὸ τοιοῦτον. Turicenses ex uno cod. dederunt αἰεὶ pro δεῖ, mihi neglecto exordio νόμος δὴ κείθω, quasi sequentia inde non penderent, δεῖν δεῖ dictum videtur.

XII. pag. 949. a. καὶ κριτὴν αὖ χορῶν. vd. supra ad libr. VI. reipubl. p. 510. e

XII. pag. 951. a. θεωροῦς δὲ ἄλλους ἐκπέμπειν χρεῶν τοιούσδε τινὰς τοὺς νομοφυλάκας παρεμένους· ἂν τινες ἐπιθυμῶσι τῶν πολιτῶν τὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων πράγματα θεωρῆσαι κατὰ τινα πλείω σχολήν, ἀπειργέτω μηδεὶς τούτους νόμος. Astius in priore editione hunc locum depravatum putavit; in posteriore, ut ceteri editores, intactum reliquit. Recte; sive enim cum Bekkero punctum, sive cum Turicensibus colon, sive cum Astio comma post παρεμένους posueris, res fere eodem redit: primum et tertium enuntiatum simul ad medium referuntur, quam sermonis consuetudinem saepissime jam notavimus. vid. spec. I. pag. 10. ad Protog. 316 c. d.

XII. pag. 951. d. e. οὗτος δ' (ὁ σύλλογος) ἔστω νέων καὶ πρεσβυτέρων μεμιγμένος, — πρῶτον μὲν τῶν ἱερέων τῶν τὰ ἀριστεῖα εἰληφότων, ἔπειτα τῶν νομοφυλάκων τοὺς αἰεὶ πρεσβεύοντας δέκα, ἔτι δὲ ὁ περὶ τῆς παιδείας πάσης ἐπιμελητὴς ὅ,τε νέος οἴ,τε ἐκ τῆς ἀρχῆς ταύτης ἀπηλλαγμένοι. Debebant esse hi omnes genitivi ad νέων καὶ πρεσβυτέρων adjecti, sed jam in altero membro τῶν νομοφυλάκων genitivus τῶν αἰεὶ πρεσβεύοντων, ingrati quid erat habiturus, in tertio membro genitivus τοῦ περὶ τῆς παιδείας ἐπιμελητοῦ ne ferendus quidem; quare, quasi cujusque membri alia esset structura liberrime scriptor casus variavit.

XII. pag. 952. a. vid. spec. I. pag. 7.

XII. pag. 952. b. εἰς δὴ τοῦτον τὸν ξύλλογον ὁ θεωρήσας τὰ ἐν τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις νόμιμα ἀφικόμενος εὐθὺς πορευέσθω, καὶ εἴ τινα φήμην τινῶν περὶ θέσεως νόμων ἢ παιδείας ἢ τροφῆς εὐρέ τινας ἔχοντας φράζειν, εἴτε καὶ αὐτὸς νενοηκῶς ἄττα ἦκοι, κοιούτω τῶ ξυλλόγῳ ἅπαντι. Sic hunc locum libri scripti exhibent, nisi quod Stephanus habet ἄττα ἢ κοιούτω, pro quo Bekk. et Turicenses ἄττα ἦκοι, κοιούτω dederunt. Si sanus est locus, per negligentiam quandam ad εὐρε duplex accusativus appositus est, primum φήμην τινῶν, deinde ἔχοντάς τινας; inf. φράζειν autem pro imperativo accipiendus erit; cetera aperta sunt.

ib. d. τέτταρες δ' εἰσὶ ζῆνοι ὧν δεῖ περὶ λόγον τινὰ ποιῆσθαι· ὁ μὲν δὲ πρῶτος τε καὶ διὰ τέλους αἰεὶ θερινὸς ὡς τὰ πολλὰ διατελεῶν ταῖς φοιτήσεσι, καθάπερ οἱ τῶν ἐρινθων διαπορευόμενοι, καὶ τούτων οἱ πολλοὶ κατὰ θάλατταν, ἀτεχνῶς οἷον πετόμενοι — ἔτους ἄρα, πέτονται πρὸς τὰς ἄλλας πόλεις. Ob interjectam avium comparationem scriptor et a singulari in pluralem transiit et verbum finitum addidit, quod prima orationis forma, τέτταρες δ' εἰσὶ ζῆνοι, non posulabat.

XII. pag. 953. a. ὁ δὲ δεύτερος ὁμοίᾳ ὄντως θεωρὸς ἴσα τε Μουσῶν ἀσὶν ἔχεται (Steph. Cornario auctore ὡς δέχεται) θεωρήματα. Redit hoc enuntiatum ad prioris enuntiatii structuram τέτταρες δ' εἰσὶ ζῆνοι, audiendumque est verbum ἔστιν, et ante ἴσα genitivus καὶ τούτων ἴσα κ. τ. λ.

XII. pag. 958. e. ἃ δὲ ἡ χάρα πρὸς τοῦτ' αὐτὸ μόνον φύσιν ἔχει, τὰ τῶν τεττελευτηκίων σώματα μάλιστα ἀλυπῆτως τοῖς ζῶσι δεχομένη κρύπτειν, ταῦτα ἐκπληροῦν. Parum cōcinnā sane verborum structura, quam tamen non mutaverim. Accusativum relativi ἃ tuetur sequens ταῦτα, pendet igitur ἃ e verbo ἔχει, quod etiam alterum accusativum φύσιν sibi adjunxit, qui ex nostri sermonis indole addenda notione praepositionis κατὰ explicandus est. In seqq. δεχομένη, quod ad ἃ referri debebat, ut esset δεχόμενα, scriptor ad nomen χάρα referre maluit; infinitivus ἐκπληροῦν, ut in lege, est pro imperativo sive δεῖ ἐκπληροῦν.

XII. pag. 959. b. τὸν δὲ ὄντα ἡμῶν ἕκαστον ὄντως ἀθάνατον εἶναι, ψυχὴν ἐπονομαζόμενον, παρὰ θεοῦ ἄλλους ἀπιέναι δάσκοντα λόγον κ. τ. λ. Infinitivum εἶναι cum ἀθάνατον esse conjungendum accuratius inspicienti facile patebit; quod si verum est, καὶ ante παρὰ θεοῦ audiendum, tam dura ellipsi, ut orationem anacoluthon esse dicere satius videatur.

XII. pag. 961. a. δέκα μὲν τῶν νομοφύλακων τοὺς πρεσβυτάτους αἰεὶ, τοὺς δὲ τὰριστιεῖα εἰληφίτας ἅπαντας δεῖ εἰς ταῦτ' συλλέγεσθαι τούτους· ἔτι δὲ τοὺς ἐκδημήσαντας ἐπὶ ζήτησιν εἴ τί που πρὸς τὴν νομοφυλακίαν γίγνοιτο ἐγκαίριον ἀκούσαι, καὶ σωθέντας οἰκαδε δόξαι τούτοις αὐτοῖς διαβασανιδέντας τοῦ ζυλλόγου ἀξιοκοινωνήτους εἶναι. Pro infinitivo δόξαι justa structura posebat δέξαντας, ut Winckelmannus scribi jubet; videtur tamen ob cumulata participia, quasi ex δεῖ penderet infinitivum scriptor posuisse.

XII. pag. 967. c. τὰ γὰρ δὴ πρὸ τῶν ὀμμάτων πάντα αὐτοῖς ἐφάνη τὰ κατ' οὐρανὸν φερόμενα μεστὰ εἶναι λίθων καὶ γῆς καὶ πολλῶν ἄλλων ἀψύχων σωμάτων, διανεμόντων τὰς αἰτίας παντὶ τοῦ κόσμου. Rursus hic habemus liberiosem genitivi absoluti usum, cum antecedente dativo accuratior structura dativum postulet.

ib, καὶ δὴ καὶ λοιδορήσεις γε ἐπὶ ἡλθον ποιηταῖς, τοὺς φιλοσοφούντας καὶ μεταίαις ἀπεικάζοντας κ. τ. λ. vid. not. ad III. p. 683. c.

Insigniora haec sunt Platonica anacolutha pleraque omnia, e quibus quam late hic usus apud Platonem quidem pateat cognoscitur. In aliis scriptoribus, velut Herodoto, Thucydide, qui saepissime liberiore hac sermonis forma usi sunt, alios curam posituros esse spero. Ipse, antequam hunc de Platonice anacoluthis libellum concludam, quem nihil nisi collectionem eorum esse et volui et dixi, conspectum quasi quendam variorum anacoluthiae generum, quae in Platonis scriptis reperiuntur, proponam, ut quibus saepius, quibus rarius usus sit, facilius perspiciatur. Quamquam ad subtiliorem ea res divisionem vel distributionem revocari non poterit, et tali in re arbitrio quoque aliquid dandum esse puto.

I. Simplicissimum igitur idemque frequentissimum anacoluthiae genus id esse puto, quod e repetito aliquo enuntiationis alicujus membro oritur. Ac simplicissimam quidem hujus generis formam habuimus in spec. I. p. 10. ex Protag. 316. c. *ξένον γὰρ ἄνδρα καὶ κατιόντα εἰς πόλεις μεγάλας — χερὶ εὐλαβεῖσθαι τὸν ταῦτα πράττοντα.* Hic verba *τὸν ταῦτα πράττοντα* nihil aliud sunt quam subjectum *ξένον ἄνδρα κ. τ. λ.* repetitum quo rei notio audientibus magis quasi inculcetur. Fortasse talem enuntiatorum formam anacoluthon vocare aliquis nolit; minus tamen recte, cum oratio aeque anacoluthos sit, si quid sequitur, ubi jam nihil sequi orationique finis esse debet, ac si quid omittitur, quod sequi debebat. Nec separari simplicissima haec anacoluthi forma a cognatis aliis formis potest, quas omnes jam anacolutha vocabunt. Alia hujus modi anacoluthi exempla notavimus haec: Parmenid. 128. b. 129. e. Apolog. 19. d. 28. a. Theaet. 172. d. Ion. 530. d. Phaedon. 82. c. Politic. 293. b. Phileb. 25. d. Gorg. 452. e. 464. c. 513. e. 521. d. de legg. I. 639. c. d, Hipp. maj. 281. c.

Proxima huic est Anacoluthi forma ubi totum enuntiatum repetitur, v. c. Lachet. 186. e. *τοῦτο οὖν σου ἐγὼ ἀντιδέομαι, ὃ Λυσίμαχε, καθάπερ ἄρτι Δάχης μὴ ἀφίεσαι σε ἐμοῦ διεκελεύετο ἀλλὰ ἐρωτᾶν, καὶ ἐγὼ νῦν παρακελεύομαι σοι μὴ ἀφίεσαι Δάχητος.* Referunt postrema *καὶ ἐγὼ — Δάχητος* primum enuntiatum *τοῦτο οὖν σου ἐγὼ ἀντιδέομαι.* Huc pertinent: Phaedr. 272. a. Apolog. 20. c. Charmid. 176. b. Hipp. min. extr. Apolog. 27. d. Ion. 533. e. Gorg. 456. d. 483. d. Alcib. II. 141. a. b. Sophist. 288. b. c. Menex. 243. b. Cratyl. 433. a. Symp. 200. d. Phaedon. 67. d. e. 80. e. — 81. a. 109. e. Phileb. 29. d. de rep. I. 337. a. 352. b. c. VII. 519. b. Timae. 66. c. de legg. VI. 752. c. VII. 810. e. 813. b. In omnibus his exemplis repetitio est totius enuntiatum, in nonnullis ita facta, ut pronomine relativo enuntiatum repetitum cum proximo sit conjunctum, velut de rep. VII. 519. b. de legg. VII. 810. e. Turbatum vero praeterea nihil est in enuntiatorum structura.

Jam vero accedimus ad ea hujus formae exempla, in quibus ipsa repetitione structura turbatur, v. c. Theaet. 171. b. c. ἐξ ἀπάντων ἄρα ἀπὸ Πρωταγόρου ἀρξαμένων ἀμφισβητήσεται, μᾶλλον δὲ ὑπὸ γὰρ ἐκείνου ὁμολογήσεται, ὅταν τάναντία λέγοντι συγχωρῆ ἀληθῆ αὐτὸν δοξάζειν, τότε καὶ ὁ Πρωταγόρας αὐτὸς συγχωρήσεται κ. τ. λ. Criton. 51. e. ὅτι ὁμολογήσας ἡμῖν πείθεσθαι οὔτε πείθεται οὔτε πείθει ἡμᾶς — τούτων οὐδέτερα ποιεῖ. Alcib. II. init. ὡς περ τὸν Οἰδίπουν αὐτίκα φασὶν εὐχᾶσαι — ἕτερα πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι κατηρᾶτο. Quibus in exemplis structura ita turbata est, ut de iis vel corrigendis nonnulli interpretes cogitaverint. Similes, etsi plerumque minus duras, structurae turbationes in his quoque exemplis reperimus: Protag. 341. a. b. ἀλλ' ὡς περ περὶ τοῦ θεοῦ Πρόδικός με οὔτοι νοθετεῖ ἐκάστοτε, ὅταν ἐπαινῶν ἐγὼ ἢ σὲ ἢ ἄλλον τινὰ λέγω, ὅτι Πρωταγόρας σοφὸς καὶ δεινὸς ἐστὶν ἀνὴρ, ἐρωτᾷ εἰ οὐκ αἰσχύνομαι τὰ γὰρ θὰ δεινὰ καλῶν. Adde Protag. 328. a. Apolog. 37. b. Gorg. 454. c. 517. d. e. Theaet. 144. a. 199. d. (vide de his omnibus spec. I. p. 10 sqq.) Alcib. I. 105. a. b. 108. e. de legg. VII. 815. a. IX. 863. e. XI. 927. b. XII. 948. e. 951. a. 952. d. In quibus plura sane sunt, quae si sola per se consideres, corrupta putes et emendare velis, si cum ceteris similibus contuleris, caute agere satius duxeris. Atque in hoc tam late patente anacoluthiae genere ubi quis terminos ponat inter grammaticam et rhetoricam, quam vocant, anacoluthiam, et eam, quam meram negligentiam esse dicere malunt?

II. Alterum item valde frequens anacoluthiae genus esse id mihi videtur, cum apodosis quaedam enuntiationi interpositae, non, cui debebat, primariae (si hac voce uti liceat) adjungitur. Phaedr. 272. d. φασὶ τῶν οὐδὲν οὕτω ταῦτα δεῖν σεμνύνειν παντάπασι γὰρ, ὃ καὶ κατ' ἀρχαῖς εἶπομεν τοῦδε τοῦ λόγου, ὅτι οὐδὲν ἀληθείας μετέχειν δέοι δικαίων ἢ ἀγαθῶν περὶ πραγμάτων τὸν μέλλοντα ἰκανῶς ἡτορομὸν ἔσεσθαι. Debebat hic sequi, ut in spec. I. 7. jam dictum est, acc. c. inf. οὐδὲν — δεῖν μετέχειν. Nam cum oratio obliqua incipiat a verbis παντάπασι γὰρ, ipsa hac collocatione verborum acc. c. inf. indicatus est; nemo enim dicere potest: παντάπασι γὰρ ὅτι — δέοι pro παντάπασι γὰρ — δεῖν; neglectum igitur est structurae exordium, apodosisque addita proximo enuntiato ὃ κατ' ἀρχαῖς εἶπομεν τοῦδε τοῦ λόγου. Pari modo susceptam structuram scriptor deseruit Gorg. 453. a. ἐγὼ γὰρ εὖ ἴδ' ὅτι ὡς ἐμαυτὸν πείθω, — καὶ ἐμὲ εἶναι τούτων ἕνα; neglecto quo erat orsus initio ἴδ' ὅτι, quae verba talis sequi debebat oratio: καὶ ἐγὼ εἶμι τούτων εἷς, enuntiato interposito ὡς ἐμαυτὸν πείθω, adjecit acc. c. inf. καὶ ἐμὲ εἶναι τούτων ἕνα. cf. de legg. VI. 780. c. Phileb. 20. d. de rep. V. 465. a. Lys. 204. d. Apolog. 41. e. Hipp. min. 368. c. Sophist. 263. d. Euthyphr. 4. d. Gorg. 454. b. c. Theaet. 197. a. In his locis plerisque omnibus ex interjecto

enuntiatio pendent, quae priori adjuncta esse debebant, velut in Phileb. 20. d. *τίδε γε μὴν, ἄς οἶμαι, περὶ αὐτοῦ ἀναγκαιότατον εἶναι λέγειν.*

Ad idem anacoluthiae genus ii quoque loci referendi sunt, in quibus apodosis, quam dixi, non pendent illa quidem ex enuntiatione proximo, sed, neglecto exordio adjuncta ei est, v. c. Charmid. 156. b. *ἀλλ' ὡςπερ ἤδη ἀκήκοας τῶν ἀγαθῶν ἰατρῶν, ἐπειδὴν τις αὐτοῖς προσέλθῃ, λέγουσί που κ. τ. λ.* Sequi debebat λεγόντων pendens ex ἀκήκοας, quo neglecto, ad interpositum ἐπειδὴν τις — προσέλθῃ apodosis refertur, diciturque: *λέγουσί που.* vid. spec. I p. 16. Similis, etsi paululum differt, est structura in Gorg. 484. b. *τεκμαίρομαι ἔργοισιν Ἡρακλέος, ἐπεὶ ἀπειράτας — λέγει οὕτω πως, τὸ γὰρ ἄσμα οὐκ ἐπίσταμαι, λέγει δὲ, ὅτι — ἠλάσατο τὰς βοῦς.* Nam hic quoque structura ὅτι ἠλάσατο τὰς βοῦς annexa est proximo λέγει δὲ, unde factum, ut illud ἐπεὶ ἀπειράτας, cui verbum aliquod adjungi debebat, derelinqueretur. cf. Gorg. 480. e. Crito 45. c. Apolog. 28. c. 29. c. (ubi protasis ter repetita est.) Sophist. 265. c. Symp. 197. b. 200. b. c. 218. a. b. 220. b. Meno 97. extr. Alcib. II. 146. d. e. 147. c. Min. 313. a. Clitoph. 408. d. e. de rep. II. 368. d. III. 413. d. Tim. 24. b. 29. b. 80. d. Critias 120. c. de legg. V. 734. e. 739. c. d. X. 886. d.

III. Tertium quoddam anacoluthiae genus id posuerim, quod ex symmetriae studio oritur. Primum hujus formae exemplum notavimus in spec. I p. 4. e. Phaedro p. 233. b. *τοιαῦτα γὰρ ὁ ἔρωσ ἐπιδείκνυται· δυστυχούντας μὲν ἂ μὴ λύπην τοῖς ἄλλοις παρέχει, ἀνιερὰ ποιεῖ νομίζειν· εὐτυχούντας δὲ καὶ τὰ μὴ ἠδονῆς αἴξια παρ' ἐκείνων ἐπαίνου ἀναγκάζει τυγχάνειν.* Jam Buttmannus hujus loci anacoluthiam recte ad convenientiae studium revocavit. Incepit scriptor alterum membrum, ut prius inceperat; in seqq. autem alia structura ei aptior visa est. Similia sunt Gorg. 501. a. Theaet. 173. d. Cratyl. 403. a. 404. c. Sophist. 200. a. Phaedon. 63. c. Phileb. 58. c. d. de rep. VI. 501. a. Tim. 60. d. 80. c. de legg. VIII. 842. e. XI. 931. c. XII. 949. a.

IV. Huic affine id anacoluthiae genus est, quod ex commodiore sequentis structurae forma oritur. Etsi enim non semper ob antecedentis enuntiationis structuram insequentis initium aliter a scriptore formatur, quam finis patitur, (quam superioris generis causam esse diximus,) saepe tamen, naturali orationis formae alia ab initio structura aptior videtur, quam sententiae conclusio permittit, unde fit, ut exordium hac sola de causa derelinquatur. Hujus generis primum exemplum in spec. I. p. 5. attuli ex Euthyd. 281. d. *Ἐν κεφαλαίῳ δ', ἔφην, ὃ Κλεινία, κινδυνεύει σύμπαντα, ἂ τὸ πρῶτον ἔφαμεν ἀγαθὰ εἶναι, οὐ περὶ τούτου ὁ λόγος αὐτοῖς εἶναι, ὅπως αὐτὰ γε καθ' αὐτὰ πέφυκεν ἀγαθὰ εἶναι.* cf. de rep. VI. 510. d. Menon. 88. d. de rep. VI. 487. b. Symp. 209. a. Politic. 296. d. Phileb. 30. a. b. 32. b. 49. e. Alcib. I. 122. d.

de rep. III. 407. c. VI. 493. d. X. 606. c. Tim. 27. c. 28. b. 37. e. 59. c. de legg. VII. 819. d. VIII. 849. c. IX. 862. a. XI. 927. d.

V. Adjungo huic id anacoluthiae genus, quod in usu casus, quem vocant, absoluti, praecipue nominativi absoluti positum est, cujus ea tantum vera mihi explicatio esse videtur, ut structuram a nominativo incipientem in seqq. mutatam nominativumque propterea derelictum dicamus. Primum hujus usus exemplum attuli in spec. I. p. 15. ex Lach. 191. d. e. *βουλόμενος γάρ σου πυθέσθαι μὴ μόνον τοὺς ἐν τῷ ὀπλιτικῷ ἀνδρείους, ἀλλὰ κ. τ. λ. — Τί ποτε ὄν ἐκάτερον τούτων τοῦτο ἐπυνθανόμην.* Hic participium *βουλόμενος* nominativus absolutus est, nam non sequitur verbum, quo cum conjungatur, sed prorsus in aliam structuram oratio transit (vid. locus longior in ipso libro;) et postremo tandem, bis interrupta, ad structuram, eam, quam scriptor ab initio in animo habuit, revolvitur: *τοῦτο ἐπυνθανόμην.* Et hic quidem scriptorem postremo tamen ad susceptam structuram rediisse, ideoque non vere absolutum nominativum esse dixeris. Sed videamus alia exempla: Apolog. 21. c. *διασκοπῶν οὖν τοῦτον — καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ ἔδοξε μοι οὗτος ὁ ἀνὴρ δοκεῖν μὲν εἶναι σοφός.* de legg. III. 686. d. *ἀπαβλέψας γὰρ πρὸς τοῦτον τὸν στόλον — ἔδοξε μοι πάγκαλος εἶναι.* cf. VII. 511. c. 817. d. VI. 769. c. III. 694. a. de rep. VIII. 565. e. de legg. VIII. 850. c. et in oratione obliqua Alcib. II. 148. d. Qui loci omnes (jam in spec. I. p. 20. descripti) id habent inter se commune, ut a nominativo participii incipientes in aliam structuram transeant, propterea quod orationis progressus per participia ab initio aptissimus visus in seqq. sine structurae mutatione ad commodum finem perducere non potuit. Hanc igitur nominativi absoluti causam puto, quam si quis rhetoricam vocare voluerit, facito, etsi quid in simplicibus enuntiatis, qualia sunt supra descripta ex Apolog. 21. c. de legg. III. 686. c. aliaque illis similia, quid, inquam, rhetorici in his insit, non video. Coniungenda cum his etsi non prorsus similia haec sunt exempla: de legg. VIII. 844. c. IX. 861. b. Tim. 69. b. de rep. VII. 538. b. IV. 430. b. In aliis rursus aliter variat structura, v. c. Apolog. 21. c. *μετὰ δὲ ταῦτα ἐφεξῆς ἢ αἰδιανόμενος μὲν — ἕως δὲ ἐδόκει ἀναγκαῖον εἶναι,* ubi loco alterius participii verbum finitum sequitur. cf. Critias 114. d. de rep. II. 365. b. In omnibus his locis participiorum nominativos absolutos invenimus, vix tamen ab his eos quis locos segregare voluerit, in quibus alii inveniuntur, cujus generis sunt haec exempla: Tim. 24. b. 60. b. 61. a. b. de legg. V. 744. b. c. XI. 920. b. quo postremo loco perinde est, utrum τὰ περὶ τὴν καπηλείαν nominativum an accusativum voces; structura, quae ab hoc casu incipit, derelicta est. Quare magnum illud discrimen, quod inter nominativum et accusativum absolutum nonnulli esse dicunt, non agnosco, etsi nominativum absolutum multo saepius inveniri scio, quaque de causa inveniatur, intelligo.

VI. Proximum huic anacoluthiae genus id pono, quod ex interpositi enunciati forma oritur. Dixit quidem aliquis eandem antecedentis quoque generis causam esse, differunt tamen inter se eo, quod illud in exordio orationis postea neglecto anacoluthiam habet, hoc in posteriore membro ad exordium non satis respondente. Primum huius generis exemplum notavi in spec. I. pag. 13. e Protag. 348. e. ὅς γε οὐ μόνον αὐτὸς οἶε καλὸς ἀγαθὸς εἶναι, ὥσπερ τινὲς ἄλλοι αὐτοὶ μὲν ἐπιεικεῖς εἰσιν, ἄλλους δὲ οὐ δύνανται ποιεῖν· σὺ δὲ καὶ αὐτὸς ἀγαθὸς εἶ καὶ ἄλλους οἷός τ' εἶ ποιεῖν ἀγαθοῦς. Hic prius membrum tale fere alterum postulabat: ἀλλὰ καὶ ἄλλους οἷός τ' εἶ ποιεῖν ἀγαθοῦς: sed propter interposita verba structura denuo incipit: σὺ δὲ καὶ αὐτὸς κ. τ. λ. Huic generi, quod multiplex sane est, haec fere adnumeramus exempla. Protag. 357. e. Lach. 185. b. 186. a. b. 192. a. 198. b. Alcib. II. 142. c. 143. e. Clitoph. 410. b. Theaet. 195. e. Cratyl. 408. a. b. 431. c. de rep. III. 402. a. b. de legg. II. 653. b. VII. 797. b. 797. e. — 798. a. VIII. 818. b. 840. a.

VII. Sequatur jam id anacoluthiae genus, quod fit duabus structuris conjunctis, cujus figurae primum exemplum notavi in spec. I. pag. 14. e Lach. 184. b. καὶ γὰρ οὖν μοι δοκεῖ, εἰ μὲν δειλὸς τις ἂν οἴοιτο δεῖν αὐτὸ ἐπίστασθαι θρασύτερος ἂν δι' αὐτὸ γινόμενος ἐπιφανέστερος γένοιτο ἢ οἷος ἦν· εἰ δὲ ἀνδρείότερος — μεγάλας ἂν διαβολὰς ἴσχειν, ubi primum, quasi pro interjecto sit verbum δοκεῖ, optativus positus γένοιτο ἂν, dein, ut ex verbo regenti, suspensus est infinitivus. cf. Charmid. 164. c. ὡς τούτου μὲν οὐκ ὀρθοῦ ἄντος τοῦ προσήματος, οὐδὲ δεῖν τοῦτο παρακελεύεσθαι ἀλλήλους κ. τ. λ. ubi rursus duae structurae, genitivus participii addita particula ὡς, et infinitivus, conjunctae sunt, quarum utraque verbis cogitandi consentanea est. cf. de rep. II. 383. a. de legg. I. 626. a. ubi acc. part. addito ὡς et inf. conjuncti sunt; de rep. I. 337. e. ubi participium εἰδὼς cum verbo finito ἀπειρημένον αὐτῶ εἶη conjunctum est; de rep. VIII. 558. a. V. 452. e. de legg. II. 656. c. VII. 792. d. 800. c. Apolog. 37. b. (coll. de legg. VIII. 840. a.) Gorg. 481. d. de legg. VIII. 828. a. V. 740. b. VI. 762. a. VII. 778. e. Eodem referendam puto structurae variationem, qualem legimus in Apolog. 30. b. μήτε σωμάτων ἐπιμελεῖσθαι μήτε χρημάτων πρότερον μήτε ἄλλου τινὸς οὕτω σφόδρα ὡς τῆς ψυχῆς. cf. ib. 36. d. de rep. VII. 526. c. Cratyl. 390. a.

VIII. Cognatum huic anacoluthiae generi id dixerim, quod e transitu orationis suspensae in directam vel contra oritur. Huc retulerim exemplum e Phaedr. 241. d. quod in spec. I. p. 6. descripsi: καίτοι ὦμην γε μεσοῦν αὐτὸν (τὸν λόγον) καὶ ἐρεῖν τὰ ἴσα περὶ τοῦ μὴ ἐρῶντος, ὡς δεῖ ἐκεῖνα χαρίζεσθαι μᾶλλον, λέγων ὅσ' αὐτὸ ἔχει ἀγαθὰ. Sophist. 219. d. de legg. X. 885. c. Quae tria exempla prorsus sunt similia, sequente nominativo loco accusativi; contra loco nominativi accu-

sativum reperimus Theaet. 191. d. Ibidem 168. d. oratio a participio in verbum finitum transit: ἐενόησάς που λέγοντος ἄρτι Πρωταγόρου καὶ — καὶ ἀποκαλῶν — διεκελεύσατο. cf. de rep. VIII. 549. c. d. Alcib. I. 114. b. contra ibid. 122. a. Symp. 217. e. Phaedon. 87. d. e. 88. a. b. 95. c. 96. b. Phileb. 44. e. de rep. IV. 426. c. III. 390. b. de legg. I. 648. c. qui locus quodammodo contrarius est ei, quem modo commemoravi e Theaet. 168. d. ut enim ibi a participio in verbum finitum, sic hic a verbo finito in participium oratio transiit. Postremo etiam locus e Gorg. 503. c. d. quodammodo huc referri possit.

IX. Aliud anacoluthiae genus oritur e relativa structura vel derelicta vel in directam transeunte. Et notissimus quidem hujus figurae usus, cujus exempla notavi e Protag. 313. b. πάντας συνεστέον Πρωταγόρα, ὃν οὔτε γιγνώσκεις, ὡς φής, οὔτε διείλεξαι πώποτε: Phaedon. 82. d. ἐκεῖνοι, οἷς τι μέλει τῆς ἑαυτῶν ψυχῆς, ἀλλὰ μὴ σώματα πλάττοντες ζῶσι: Protag. 327. d. οἷς μήτε παιδεία ἐστὶ μήτε δικαστήρια μήτε νόμοι — ἀλλ' εἶεν ἀγριοὶ τινες: Gorg. 471. a. Euthyphr. 6. c. Alcibid. I. 134. e.: hic notissimus, inquam, usus a plerisque grammaticis ad anacoluthiam referri non solet. Verum tamen ab his locis vix eos quis separaverit, quorum in altero membro pronomini relativo pronomen αὐτὸς subjicitur, v. c. Protag. 347. e. οὓς οὔτε ἀνερέθαι οἷόν τε — ἐπαγόμενοι τε αὐτοὺς οἱ πολλοὶ — φασὶ κ. τ. λ. Menon. 90. e. Criton. 45. d. Gorg. 452. d. 518. e. Theaet. 192. a. Apolog. 39. d. Gorg. 471. b. 507. d. e. Theaet. 193. e. 198. d. de legg. I. 639. c. d. Et haec quidem omnia notissima sunt, neque quemquam offendunt. Eodem vero pertinent exempla, quale in spec. I. p. 31. attuli e Gorg. 492. b. οἷς ἐξὸν ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν — αὐτοὶ ἑαυτοῖς δεσπότην ἐπαγάγοντο pro οἷ, ἐξὸν αὐτοῖς ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν, αὐτοὶ ἑαυτοῖς δεσπότην ἐπαγάγοντο, quod quidem Bernhardt in syntaxi ad brachylogiam referre maluit. Eadem structura invenitur de rep. V. 465. e. Ad haec autem proxime accedunt, qualia sunt haec: Gorg. 464. a. τὸ τοιοῦτον λέγω καὶ ἐν σώματι εἶναι καὶ ἐν ψυχῇ, ὅ,τι ποιῆι δοκεῖν μὲν εὖ ἔχειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, ἔχει δὲ οὐδὲν μᾶλλον (vid. spec. I. p. 29.) Menon. 77. d. de rep. V. 533. d. Theaet. 179. b. Nec multum abhorret, quod legimus in Gorg. 522. c. οὔτε γὰρ ἡδονὰς, ἅς ἐκπεπόμενα, ἔξω αὐτοῖς λέγειν, ἅς οὔτοι εὐεργεσίας καὶ ὠφελείας νομίζουσιν, ἐγὼ δὲ οὔτε τοὺς πορίζοντας ζηλῶ οὔτε κ. τ. λ. (vd. spec. I. p. 31.) cf. Theaet. 146. c. Et rursus Gorg. 468. d. οἰόμενος εἶναι αὐτῶ ἀμεινον, τυγχάνει δὲ ὃν κάκιον. Clitoph. 407. a. Tim. 26. b. In his omnibus relativa structura aut prorsus derelinquitur aut laxatur saltem. Jam porro consideretur locus e Politico. 288. d. (spec. II. p. 4.) Σ. Τὸ ποῖον δὴ λέγεις; Ξ. Χρυσόν τε καὶ ἄργυρον καὶ πάνθ' ὅποσα μεταλλεύεται, καὶ ὅσα — παρέχει. καὶ ἔτι Φλοιστικὴ — παρέχεν κ. τ. λ. cumque hoc comparentur ex eodem dialogo loci

290. c. 262. d. (vd. spec. II. p. 10. 11.) quorum in posteriore scriptor verbum finitum *προσδοκῶσι* pro participio *προσδοκῶντες* posuit, quae eadem structurae mutatio est, ac si a pronomine relativo oratio ad demonstrativum transeat. His praemissis jam minus dubie loco e Gorg. p. 483. e. in spec. I. p. 31. allato verbum finitum *καταδουλούμεθα* pro participio *καταδουλούμενοι* positum, atque ad eorum, quos modo commemoravi, locorum rationem hunc quoque referendum esse contendero. Non absimilia sunt exempla Theaet. 149. d. 162. d. e. (spec. I. p. 34. 35.); addamus Protag. 355. a. *Φημί γὰρ οὖν τούτου οὕτως ἔχοντος γελοῖον τὸν λόγον γίγνεσθαι, ὅταν λέγητε — καὶ αὐθις αὖ λέγετε*. Num quis hic cum Bekkero contra libros corrigat: *καὶ αὐθις αὖ λέγητε*, ut alterum hoc membrum item pendeat ex *ὅταν*? Nonne idem hic est structurae relativae in directam transitus? Postremo huc refero locos Gorg. 459. e. 522. c. Phileb. 37. b. c. (vid. spec. I. p. 29.) de legg. IX. 877. e. quorum postremus paulo aliter quidem a relativa structura deflectit, ad hoc tamen vel superius anacoluthiae genus proxime accedit.

X. Non multum ab horum locorum structura differt id anacoluthiae genus, quod in enumerandis rebus vel in comparisonibus item e directo orationis progressu oritur, qui relativus esse debebat; v. c. Apolog. 41. c. (spec. I. p. 23.) *ἐπὶ πόσῳ δ' ἂν τις δέξαιτο ἐξετάσαι τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα τὴν πολλὴν στρατιάν ἢ Ὀδυσσεῖα ἢ Σίσυφον ἢ ἄλλους μυρίους ἂν τις εἴποι*. cf. Gorg. 483. d. Phaedon. 94. b. de legg. XII. 944. b. Debebat dici: *ἢ ἄλλους μυρίους, οὓς ἂν τις εἴποι*. Comparisonis, quam dico, exemplum hoc est: Symp. 179. e. *ἐποίησαν τὸν θάνατον αὐτοῦ ὑπὸ γυναικῶν γενέσθαι, οὐχ ὥσπερ Ἀχιλλεῖα τὸν τῆς Θέτιδος υἱὸν ἐτίμησαν*: dicendum erat: *οὐχ ὡς Ἀχιλλεῖα ἐποίησαν, ὃν — ἐτίμησαν*. Adde ibid. 189. c. Theaet. 187. b.

XI. Tria haec anacoluthiae genera id habent commune, quod oratio, quae suspensa vel conjuncta vel copulata esse debebat, solute et libere procedit. Adde his quartum quoddam genus, ubi item structura, quae pendere debebat, recta fit; quale est exemplum in Protag. 314. c. *δοκεῖ οὖν μοι ὁ θυρωρὸς εὐνοῦχός τις κατήκουεν ἡμῶν*: *expectabas κατακοῦσαι ἡμῶν*, quum *δοκεῖ* non sit interjectum, sed initio positum, ut cetera inde pendere videantur. cf. Symp. 216. d. de rep. VI. 486. d. I. 337. a. X. 600. e. Theaet. 147. b. Menex. 236. b. Menon. 93. e. Ion. 536. c. Clitoph. 408. b. 410. d. (vid. spec. I. II.) Fortasse tamen quis totum hunc usum non anacoluthon esse judicabit, cum nos quoque plerumque verba: *mein' ich, glaub' ich, meinst du* et similia sic interponamus, ut nihil inde pendeat. Vere autem anacoluthos est structura in Apolog. 29. e. *τούτων γὰρ ἕκαστος οἷός τ' ἐστὶ — τούτους πείθουσι* pro inf. *πείθειν*, qui ex *οἷός τ' ἐστὶ* pendere debebat. (vid. spec. I. p. 19.) Ad

verbum fere hic locus descriptus est in parvo illo dialogo, qui Theages vocatur, p. 128. a. Alio modo oratio recte procedit de rep. VIII. 562. b.

XII. Aliam immutatae structurae formam vel aliud anacoluthiae genus in omnibus iis locis reperio, ubi apodosi additae sunt particulae οὖν, δὴ, ἄρα; quarum prioribus oratio revera denuo incipit, ubi ἄρα invenimus, plerumque cum ironia apodosis additur. Primum huius formae exemplum habuimus in spec. I. p. 8. e Lysid. 223. b. ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν ἐφρόντιζον ἡμῶν, ἀλλ' ὑποβαρβαρίζοντες ἡγανάκτουν τε καὶ οὐδὲν ἤττον ἐκάλουν, ἀλλ' ἐδόκουν ἡμῖν — ἀποροι εἶναι προσφέρεσθαι, ἡττηθέντες οὖν αὐτῶν ἐλύσαμεν τὴν συνουσίαν. cf. Euthyd. 285. a. b. 290. b. c. de rep. II. 367. c. Menon. 98. b. Charmid. 157. c. Parmenid. 137. a. Amat. 132. b. Cratyl. 406. a. Phaedon. 104. e. (vid. spec. II.) Eodem pertinet notissimus usus particularum νῦν δὲ — γὰρ, sequente δὴ vel οὖν, quem primum in spec. I. p. 16. notavi e Lach. 184. d. νῦν δὲ τὴν ἐναντίαν γὰρ — Δάχης Νικία ἔθετο· εὖ δὴ ἔχει κ. τ. λ. cf. ib. 200. e. Theaet. 143. d. Sympos. 180. c. Gorg. 508. c. d. Eodem pertinent, etsi paulo aliter habent, Theag. 129. a. de legg. IX. 872. d. Exempla particulae ἄρα in apodosi positae attuli haec: Apolog. 34. c. τάχα δ' ἂν τις ὑμῶν ἀγανακτήσειεν, ἀναμνηθεὶς ἑαυτοῦ, εἰ ὁ μὲν — ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄρα ταύτων ποιήσω. ib. 37. d. Gorg. 493. a. Cratyl. 394. d. de rep. IV. 445. a. de legg. XI. 931. c.

XIII. Sequitur aliud anacoluthiae genus, quod in apodosi omissa positum est, v. c. Gorg. 503. e. οἷον εἰ βούλει ἰδεῖν τοὺς ζωγράφους, τοὺς οἰκοδόμους — ὅτινα βούλει αὐτῶν, ὡς εἰς τάξιν τινὰ ἕκαστος ἕκαστον τίθησιν ὃ ἂν τιθῆ. Quod ad formam attinet, deest apodosis, quae sic efferenda erat: φανοῦνταί σοι οὗτοι εἰς τάξιν τινὰ ἕκαστος ἕκαστον τιθέντες; sententia jam inest in enuntiato: ὡς εἰς — τίθησι, quod cum protasi cohaeret (vid. spec. I. p. 33.) Eodem pertinent loci: Sympos. 177. a—c. 207. d. Phaedon 86. a. 90. b. Phileb. 18. β. Clitoph. 407. d. e. 410. c. (vid. spec. II.) Jam cum his omnibus componat mihi quis locum in Gorg. 461. b. videatque, num, quam in spec. I. p. 29. explicationem ejus proposui, probare an cum aliis interpretibus aliter explicare malit. Pertinent huc hi quoque loci: de rep. VI. 511. c. de legg. II. 658. a. b. III. 677. c. d. IV. 720. a. VI. 769. a. VII. 809. c. IX. 860. e. X. 890. b. XI. 937. e.

XIV. Ut in superiore anacoluthiae genere ad plenam perfectamque orationis formam aliquid desideratur et deest, sic in alio est aliquid, quod superfluat ac redundet, quo item justa orationis forma paululum turbatur. Lach. 196. e. ἀναγκαῖον — ξυγχαρεῖν θηρίον τι οὕτω σοφὸν εἶναι, ὥστε — φάναι εἰδέναι: redundat φάναι. Crito 45. c. αἰχλύνομαι μὴ δέξῃ ἅπαν τὸ πρᾶγμα — διαπεφευγέναι ἡμᾶς δοκεῖν. Protag. 341. d. Alcib. II. 147. e. de rep. X. 601. a. Alia quaedam redundantia inveni-

tur in Apolog. 40. c. (spec. I. p. 22.) εἴ τινα ἐκλεξάμενον δέοι ταύτην τὴν νύκτα — καὶ τὰς ἄλλας νύκτας — ἀντιπαραθέντα ταύτῃ τῇ νυκτὶ δέοι σκεψάμενον εἰπεῖν κ.τ.λ. Rur-
sus aliam redundantiae formam tetigi ad Criton. 44. c. (vid. spec. I. p. 20.) καὶ τοὶ
τίς ἂν αἰχίαν εἴη ταύτης δόξα ἢ δοκεῖν χρήματα περὶ πλείονος ποιεῖσθαι ἢ φίλους; pro
quo accurata structura postulabat τοῦ δοκεῖν, cum hic infinitivus sit epexegetis pro-
nominis ταύτης. Ibi contuli Gorg. 500. c. de legg. V. 738. d. Theag. 127. b. Phae-
don. 89. d. de rep. IV. 420. a. quorum locorum in duobus postremis etiam participium
pro infinitivo positum est.

XV. Cognatum quodammodo huic anacoluthiae generi aliud est, quod est in
repetito et quasi revocato nomine aliquo per casum aliquem obliquum pro-
nominis αὐτός, quam structurae formam sunt qui item ad pleonasmum referre
malint. Phaedr. 269. a. (spec. I. p. 6.) τί δαί; τὸν μελίγηρον Ἀδραστον οἰόμεθα ἢ καὶ
Περικλέα, εἰ ἀκούσειαν ἂν νῦν δὴ ἡμεῖς διήμεν τῶν παγκάλων τεχνημάτων — πότερον χαλε-
πῶς ἂν αὐτοὺς ἔημά τι εἰπεῖν ἀπαίδευτον; Ibidem complura exempla notavi: Phaedr.
233. a. Charmid. 159. a. Gorg. 482. d. Hipparch. 226. a. Theaet. 155. e. de legg. I. 624. b.
III. 684. d. X. 902. d. XII. 952. a. Symp. 200. a. et sunt permulta.

XVI. Aliud latissime patet anacoluthiae genus, positum in enallage
vel permutatione praecipue casus, interdum etiam numeri aliarumque for-
marum. Ejus usus plurima exempla in hoc tertio specimine notavi, v. c. de rep. III.
399. a. b. κατὰλειπε ἐκείνην τὴν ἀρμονίαν, ἢ ἐν τῇ πολεμικῇ πράξει ὄντος ἀνδρείου — ἂν
μιμήσαιο Φθόγγους — καὶ ἄλλην αὖ — ἐν ἐκουσίῳ πράξει ὄντος ἢ τινά τι πείθοντος — ἢ τοῦ-
ναντίον ἄλλω ἑαυτὸν ὑπέχοντα καὶ ἐκ τούτων πράξαντα — ἀγαπῶντα. III. 413. extr.
ζῶντι — τελευτήσαντι — λαγχάνοντα. IX. 590. d. παντὶ — ἔχοντος — ἐφ'εστῶτος,
de legg. VIII. 823. d. e. VII. 796. c. 806. e. III. 683. c. VI. 758. c. V. 736. d. VI. 755. d. VII.
795. e. VIII. 829. d. XII. 967. c. 951. d. e. Paulo aliter se habet locus de rep. VII. 532. b. c.
In aliis locis enallage numeri accedit, de rep. VI. 500. b. c. ἔχοντι — μαχόμενον —
ὄρωντας — θεωμένους. de legg. I. 644. b. πᾶσι τοῖς παισὶ — ἕκαστον. In aliis sola est
numeri enallage, velut de rep. VI. 496. c. d. οἱ γιγνόμενοι — λαβῶν. In aliis aliae
quoque structurae mutationes accedunt, velut de rep. VI. 488. a. e. στασιάζοντας
— περικεχύθαι — ἄρχειν — πλεῖν, ὅπως ἄρξουσιν — ἐπαύοντες — οἰόμενοι. ib.
VII. 530. b. τὸν νομίζοντα — καὶ ζητεῖν. de legg. III. 686. a. quorum duobus post-
remis in locis non casus et numeri sed participii et infinitivi permutatio inest, qua-
lis praeter casus enallagen etiam in illo e sexto de republica inerat. Addere pos-
sem de rep. X. 618. d. ubi structura ex infinitivo in verbum finitum transit; rectius
tamen talia per se singula considerantur, ut supra factum est.

XVII. Commemoratae modo casuum numerorumque enallage adjungo modorum quandam enallagen, qua aliud anacoluthiae genus oritur, quod non nimis raro invenimus, v. c. Phaedon. 86. a. εἴ τις διιχυρίζοιτο — ὡς ἀνάγκη ἔτι εἶναι τὴν ἀρμονίαν ἐκεῖνην καὶ μὴ ἀπολωλέναι· οὐδεμία γὰρ μηχανὴ εἶη τὴν μὲν λύραν ἔτι εἶναι — ἀλλὰ Φαίη ὡς ἀνάγκη κ.τ.λ. Expectabas: οὐδεμίαν γὰρ μηχανὴν εἶναι. (vd. Heindorf. ad h. l.) cf. Phileb. 58 b. Contra pro optativo sequitur infinitivus Tim. 74. b.

XVIII. Alia nonnulla anacoluthiae exempla ad attractionem quandam rulerim, velut Parmenid. 135 a. b. πολλὴ ἀνάγκη αὐτὰ εἶναι τῇ ἀνδραπίνῃ φύσει ἄγνωστα, καὶ — ἀνδρὸς πάνυ μὲν εὐφροῦς τοῦ δυνασομένου μαθεῖν κ.τ.λ.: quod cum alterutro modo enuntiari posset, aut: ἀνδρὸς ἐστὶ πάνυ μὲν εὐφροῦς τὸ δυναδαί ταῦτα μαθεῖν, aut: πολλὴ ἀνάγκη ἀνδρα πάνυ μὲν εὐφροῦς εἶναι τὸν δυνασομένον ταῦτα μαθεῖν: per attractionem quandam altera alteri admixta ac velut e duabus concreta verborum structura est. cf. Apolog. 41. b. Menex. 238. b. (vid spec. I p 19.) de rep. III. 389. b. Tim. 66. a. b.

